¶ Secūda dubitatio ē. q̄a si ꝑdicta sunt uera
i nullo tempore obtalmie cōpetūt stiptica for
tia quia omni tēpore approximata inducēt in
oculo asperitatē. Videmus aūt auctores face
re coliria & medicinas oculoꝝ. in quibus po
nūtur accacia hyppoqstidos & balaustia que
sunt res fortis stipticitatis. ¶ Itē inter medi
cinas oculorū numerat Iesus Haly ultimo sui
libri myrthuz & balaustiaz. Et Rasis. z° conti
nētis numerat etiā hemaritē & accaciaz. Et al
bumasar de medicinis oculoruz. ¶ Tertio du
bitatur. q̄a. Rasis z° continētis. & Iesus Ha.
tractatu. z°. p°. ca. cōcedunt stiptica debilia. &
per te debilia etiam stiptica sunt prohibita.
¶ Quarto dubitaē. quia dictū est q̄ stiptica
retinēt in loco materiā cuius cōtrariū summi
tur a Serapione ca. d̄ medicinis repercussiuis
& a gal°. 5°. de simplici medicina Et probaē.
quia stipticū constrigit mēbrū sicut aggregā
tur res cū digitis defortis. ut ibidem gal°. sed
in tali aggregatōe fit expressio. ¶ Ad primū
dicendū q̄ ad repercutiendū materiam ab ocu
lis cōsiderando actum ipsum repulsionis pz
conuenit frigidum non siccū. si cēst succus por
tulace solatri & albumē oui. & similia. q̄ con
uenit siccū frigidū. sic sunt res stiptice ut rosa
accacia hyppoqstidos & similia. Huius ratio
ē. quia frigida aggregant membꝝ unde retro
pellitur materia. & cū hoc nō ingrossant uel
cōstringunt materiā in loco sed opatio stiptici
licet ēt sit aggregare mēbrū. unde ex h° retro
pelleret materiā. tamē simul cū hoc sui uirtu
te stiptica sicca indisponit materiā faciēs eā in
eptā expulsioni. qđ ñ cōtingit de frigido hu
mido uel nō siccissimo frigidum cum hoc qđ
mēbruz cōstrigit saluat in materia mobilita
tem passiuā. imo si est frigidū humidum facit
eam fluxibilē ex parte humidi. stipticū autez
non facit h°. imo retinet eā. Vnde Auic. dixit.
stringūt materiā in eis. ¶ Ex qbus summiē
qđ singulariter in materieb' oculi nocumētū
stiptice apparet. q̄a ꝑter pellicule tenuitatem
opatio sue constrictionis simul occurrit ad mē
brū & ad materiā. & qa pellicula ocli natura
liter debet ēē lenis. i materieb' autē stantib'
in aliis mēbris. q̄a cōtinētur sub cute que est
mēbrū grossuz stipticū esset magis potens in
repcutiēdo absq̄ nocumēto retentiōis materie
& qa si cutis fiat aspera nō ꝓpterea malū ēēt
iō i cura flegmonis & erisipille fortia stiptica
a pricipio nō ꝓhibētur sicut phibentur in cu
ris obtalmie. ut pōt colligi. 4° canonis. fen 3°.
ca° de flegmone & erisipila. ¶ Ad rōez in cō
trariū. Dicēdum qđ si rō bene inducatur con
cludiē contrariū. quies enim quā facit frigidū

in materia ē per remotionem calidi agētis motum nō tamē remouet aptitudinē mobilitatis passiuā tātū q̄ tum facit stipticum. Et h° ē q̄ iuuat i repercussione matrierū. ut apparet. 2° can. 2° ca° ¶ Ex quib⁹ soluit quarta dubi° qa dicem⁹ q̄ Gal⁹ loquit ibi de stipticis occurrentib⁹ membro cute coperto. cui nō simul occurrit membro & materie. In membris aūt q bus simul ocurit non uerificatur sicut in oculo & similib⁹. ¶ Vel aliter et melius apud quos dā q̄ licet medicina stiptica pl⁹ exprimat a mēbro tamē illud totuz q̄ in eo retinet pl⁹ phibz ab euacuatione [& ideo medicine frigide stipticando ñ retinēt. sed medicine stiptice fortes precipue stipticādo retinēt. i. phibent euacutiones manifestas a mēbro sita inuit gal. 5°. de simplici medicina. ca. de medicinis repercussiuis. ¶ Ad secundū dicendū q̄ stiptica fortia & pura i nullo tempe obtalmie cōpetunt. Et rō est ꝓpter multā asperitatē quā in oculo faciunt. Aliquādo tū pax de eis miscemus cum aliis medicinis oculoz ad illoz cōsolationē & rectificationē. admiscemus ēt ad cōfortatōez spiritus uisibilis ne patiat a fortib⁹ resolutis Et iō in fortibus colliriis quibusdā in exicādo uel resoluēdo inuenimus q̄ auctores ponūt accidā ad predictas itentiones. Vñ Iesus tractatu. 2°. ca. p°. Ea quoz restrictio est uehemens ñ permittant. qa nocumetū est maius utilitate cop. qa generāt asperitatem in oculo. tamē aliquādo ponūtur in aliquibus medicinis que acuunt uisum. ¶ Idē ponit Cōstantin⁹ li. p°. in fine. Et Rasis. 2°. continentis idem ponit. ¶ Quō aūt stiptica fortia cōueniāt i medicis quibusdā ad asperitatē palpebraz infra dicetur sz in exitu uuee. utimur eis pp maius iuuamentū. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ stiptica parue stipticitatis inq̄tū stiptica ñ conueniunt q̄uis possint repercutere materiam. Et cā est quā Aui. ponit. qa debilia exicātia nō possunt repercutere & nihilominus nō absoluit ab eis effectus cōstrictionis. Dico aūt in q̄tū stiptica. quia inquātū sunt infrigidātia & aliquo mō cōfortantia possumus eis uti in principio obtalmie ad repercutiendū ¶ Modus aūt quo a debilibus stipticis ut rosa possumus habere effectū infrigidatōis & cōfortationis oculi. & utilitatē in repcutiēdo. & euitare nocumētū ex asperatōis & cōstrictionis. ē q̄d ñ utamur eis puris in pricipio. sed cōmistis cū medicinis frigidis fluidis uel humidis. Ex hoc enī remouetur impressio exasperātis & constrigētis stiptici. Et iō i hoc rose recētes sunt meliores & cū albumie oui debēt impōi huiusmōi colliria Vñ. 5°. can. summa. 2ª. tractatu. 2°. Colliriū q̄d noiat rosatū &c̄. Recipe rosaz recentiū &c̄.

Conficiantur cū aqua pluuiali. & administrēt cum albumine oui ¶ Et qa cū toto h° q̄d h⁹ modi stiptica approxiamus repressa cū humidis pōt cōtingere q̄d nō sic sunt repssa qn inducāt effectū asperitatis & cōstrictiōis materie. qa quādoq; ex ignorantia medici cōtingit q̄d approximant stiptica nō d̄ pressa. ideo. A. uult q̄d tu succurras nocumēto illoz cū uapo ratiōe cū aqua calida q̄ remouet asperitatem & cōstrictiōis nocumētū. ut notū est. & ēt ē tūc utille colliriū albū i. aq̄ meliloti. qa ex pre collirij albi erit ēpcussio. ex pte uero meliloti remouet asperitatis nocumētū. ¶ Ex q̄ apparet q̄d uult Aui. dicere. fortius nāq; illo pōt .n. dicere illud q̄d tu apsimares ēēt fortius illo cuz aqua meliloti. Vno modo fortius qa magis repcussiuū. & hoc nō competeret si precessit nocumētū stiptici. qa nimis constringeret. materiā & maxime cū repletione capitis. qa caput plenū nō recipiet materiā. Dixit aūt q̄doq; qa posset quādoq; accidentaliter iuuare. repcuterez enī materiā & si aliq̄ materiā illo co constrigeret uirtus de se posset illā resolue re. ¶ Alio modo posset esse fortis⁹ medicamē tuū qa esset magis resolutiuū q̄ sit colliriuz albū cū aqua meliloti. uerbi. g̃. quia esset pura aqua meliloti uel fenugreci. & istud noceret. qa materiā nimis ad locuz traheret. & prope cū capitis repletiōe. ¶ Dixit autez q̄doq; qa p accidēs posset uideri ēt profuisse. ¶ Ex quib⁹ apparet ēt solutio ad contraria. p° ad auctoritates dicendū q̄ stiptica tēpara que ab auctoribus precipiunt nō precipiunt pura. sed p mista. & sic non inq̄tuz stiptica. & isto modo Aui. intelligatur infra cuz dicit. Sit stipticitas eius q̄d refrenet tēpata. i. refracta. & ēt pua. ¶ Ad rōez cū dicitur. i pricipio repercussiua &c̄. ¶ Dico q̄d uerū ē. Cū dicit stiptica repcutiunt. Dico q̄d repercussio prope fit a frō. & nō fit prope a stiptico ut apparuit. Et ideo auctores solum medicinam frigidā cōcedunt apponi in principio obtalmie. ut sunt portulace uel solarrum. nō autem concedūt purā stipticam. sed alteri mixtā. ¶ Vel aliter q̄d lz stiptica sint repercussiua oculo. nō tamen cōuenit repercussio a stiptico. medicus enī ñ debet solū inspicere quid curat passionē. sz q̄d h° fiat sine nocumēto particule patiētis. ut Gal. pōit i terapetica ad glauconē 2° libro. RESOLVtia. Hic itez i medicinis resolutis & stipticis ponit can. & prio i resolutiuis. 2°. in stipticis. ibi 2ª. & plerunq; &c̄. pz ¶ Circa primaz p tē dubitat an resolutiua sint multuz utāda in pricipio obtalmie. Videt q̄d nō. qa euaporatiōes siue fomentatiōes a pricipio cōcedūt Iste autē uident resoluere ¶ In contrarium

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 224 sur 455

Auicenna. ¶ Dicēdū ꝙ medicamē resolutiuū dupliciter pōt accipi. Vno modo ꝓprie si cē. A. iuuit. 2°. can. 4°. ca. Est enī medicamē resoluti uum cuius uirtus est fortis calefactionis. ut hūorē supet a loco in quo fuit retētus extrahē do ipsum per partē post partē. sicut ē castoreū Et qđ hoc medicamine resolutiuo ñ possim⁹ uti in pricipionō est dubiū ¶ Alio mō sum mit medicamē large pro quocūq; euaporatio medicamine qđ potius dēt dici molificatiuuz uel subtiliatiū apud Aui. & h° mō cadit mul tū in usu hoc uocabulū. quo dicimus ꝙ aqua calida & decoctio camomille ē medicamē. reso lutiuū. Et loquēdo de hoc medicamie dico qđ tēratiue possumus eo uti i ꝓncipio obtalie & hoc ē quādo ñ sumus certi an materia sit pau ca uel multa. Si autem sumus certi quod ob talmia ē in pricipio & materia fluit & reliq̄ parata ē fluere ꝓpter corporis repletiōem & loci aptitudinē. tunc resolutiua uehemēter ui tare debem⁹. imō oz itēdere diuersionib⁹ eua cuationib⁹ & repulsiōib⁹. ut supra declaratū ē ¶ Ex quibus contraria cessant. ¶ Circa secū dā partez est consyderādū qđ aliquando uti mur in principio stipticis credētes ea esse re fracta uel tēperata. utimur ēt q̄doq; opiatis ut post apparebit. ex quib⁹ consequit cōstric tio & cōgelatio materieruz. Cogimur ergo di stilare in oculuz aquā zuccari uel aquā mellis aut ambo simul in quib⁹ est aliqua abstersio & pauca calefactio. saltē in aqua zucari. ut ex his remoueatur materiē cōstrictio & con gelatio. Vnde Azarau⁹ ca° de obtalia. aquā zucari et mellis docet istillare in oculo cuz ma teria est multa & mꝛtuz de ea adheret circa palpebras. Vnde Alexander de passionibus oculoruz. ca° de aqua mellis quā uocat mul sam eā uementher ad hoc collaudat. Et quia aqua melis uꝛ aqua zuchari posset esse causa alicuius inflamationis in materia uel cōmoti onis & ꝓprie aqua mellis. iō expedit infrigi dare eam. s. aquā mellis uel zuchari. uel eā. s. egritudinē. cum eo in quo nō sit inspissatio .i. stipticitas uel cōgelatio ut uer. gē a. cū albu mine oui uel mucilagine citoniox. & hoc ē ꝙ Aui. subdit. Q uod si puenerit ex istis egritu dinis cōmotio &c. ET OPORTET ut intē das. Hec ps pōt tripliciter itroduci. pri° ꝙ hic Aui. predictis addit quēdā can. ¶ 2° mō qđ post q̄ posuit can. in euacuatōe materiex per flebothomiā & farmaciā & p occultā euacuati onē q̄ fit cum resolutiuis uel repulsiuis. Hic ponit can. i euacuatione materie a pte qua ma teria sensibilr euacuaꝛ. ¶ 3° mō qđ post q̄. A. posuit can. curatōis obtalmie q̄tū ad septē in tētiones predeclaratas Hic ponit can. curatōis q̄tū ad intētionē ultimā. s. octauā que est acci dentiū sedatio. que intētio licet sit ultima in narratōe & i regulari intētōe uel curōe. qñq; tñ est prior in executione. ut cū est accidēs ue hemēter molestās. Accidētia aūt sunt duplicia quibus intēdimus in obtalmia. s. exiēs muta tū qđ est lippitudo. & actio mutata sic ē do lor. p° ergo ponit can. q̄tū ad primū. 2° q̄tuz ad secundū. ibi 2ª. & quādoq; ¶ Canonē aūt curationis q se uerteret ad qualitatē mutatā nō ponit. uel quia intelligit cū loquit de mate rierū rectificatiōe. uel quia infra ponet can. in remotione malorū colorū oculi. ¶ Dicit ergo p° qđ ante h°. i. anteq̄ ponas colliria uel aquā zuccari uel mellis uel aliqd alid intēdas. & ē .s. si uideris eam in oculo. ¶ Notandū qđ p istā litterā Aui. uidet laudare usuz aque mel lis uel zucari uolens qđ cū illis fiat absterſio uel lauatio lippitudinis. Posset enim aliquis cōtra Aui. dicere. quare uteris aqua mellis uꝛ zuccari ex qbus incurris nocumētū cōmotiōis & cogeris tādē iponere frigida ¶ Respōdz qđ ipse utit aqua illa ante h°. i. ante ista frigi da ad mundificādū lippitudinē. ita qđ ei⁹ iu uam ētū fuit maius nocumento. Vnde Alexan der preallegato ca°. consonans sentētie p̄dicte dicit. loquens de aqua mellis. Nescio enī si ab aliquo tam magnū fuisset iuentū adiutoriuz facit autē oportune & in quibus generaē lip pa. i. lippitudo. satis enī purgat. & multū. & educit celeri⁹. & sine doloꝛ efficit. ſz nec alias pmittit nasci &c̄ Secūdo notādū qđ triplicē utilitatē pōit Auic i remotōe lippitudis. pri mo quia dolor alleuiaē. 2° quia ocul⁹ mūdaē 3° quia medicine possunt meli⁹ oculo impri mere non habētes mediuz inter se & oculuz ¶ ET Q VANDOQ VE uehementia. Q uot modis hec pars possit ad p̄cedētes itroduci. ex premissis apparet. igitur intentio sua est ponere can remotionis uel sedatiōis accidētis quod ē dolor Hoc enīz accidēs ē cui uehemē ter insistimus ut. 13. terta. cuz trahat imateriā multaz. ut. 2° de differentis febriū. & proster nat uꝛ dissoluat uirtutē. ut Gaꝛ. p° pronosti. 38°. com°. & 3° re. acu. 35° cometo. imo paruus dolor debilitat. ut Alguazar in suo tractatu. d accidentib⁹. primo igitur ponit can. i securēdo uehemēti dolori qui post dici canon generalis 2°. ponit ca. in succurrendo determinatis mōis doloris qni possunt dici canones speciales 3° subiungit duos canones speciales. ibi secunda quod si materia est subiectio. ibi tertia cū autē ¶ Ad itellectū prime partis dubitaē. utrum regulariter possum⁹ uti medicinis narcoticis in obtalia. Vidē qđ sic. p° auctoritate. Mesue ca° de cura obtalie. ubi in quinta intētiōe diē

Vtendū est distilliatione sief albi primi. Sz sief albū primū qđ ipse ponit auctoritate filii ȝe ȝar recipit opiū. nec ualet si diceret q illa est cura coacta. qa statim Mesue ponit post illud sextā intētionē que est ad mitigandū dolorem q̄nta aūt erat ad alterandū materiā. ¶ Item plurima magna & efficacia colliria q̄ approximātur oculis recipiunt in se opiū. ut appz legēti. & tamē illa colliria regulariter approximātur. ¶ Amplius qđ in omni bothor debet administrari uidet cōuenienter posse apponi in obtalmia. bothor eni in cōiunctiua ñ uidetur aliud q̄ parua obtalmia. sz narcotice ut opiate medicine in omni bothor precipiunt. ut Rasis z° cōtinētis. ubi dicit. Et necesse ē ut in principio bothor omnis & ulceris intēdas ad medicinas diuersas cōpositas ifrēatiuas mitigātes acuitatē sic̄ ceruse & amillū & gūi arabicū. & digestiuas sic̄ sarcacola & mirra thus & croc⁹ & fenugrecū. & narcoticas sic̄ opiū. ¶ Amplius qđ regulariter administrari pōt in dolore colico uidet regulariter posse administrari i dolore oculi. s. in obtalmia. qa eadē materia & eadē cā approximatōis & iuuamēti pōt ēē i utraq; passione. sz narcotice possunt i colica quadā regulariter approximari. ut pōt summi. iz. tera. ultimo ca°. ubi dicit sic gal'. Sed hec. s. narcotica uel torpificantia farmaca. nō solū ut sensus torpificatiua utilia consistunt. sed ut cōsistētia facientia & ingrossantia humorū subtilitatē & adhuc calorē uehemētē existentē ifrigidātia. ¶ Ex qb⁹ pōt formari alia rō talis. Illd regulariter cōfert in obtalmia quadā ut calida qđ facit cōsistentiā humorū. i. phibet fluxū qđ ingrossat materiā subtilē colericā. & extinguit calorē oculi qui ē causa attractionis. Sed medicine narcotice hoc faciūt. ut ponit Gal. in auctoritate pxia. ergo uidēt regulariter posse approximari in quadā obtalia. ¶ In cōtrariū ē hic Auic. unđ dic̄. Expelle illa stupefaciētia q̄tum potes. & Gal. in comēto affo. 6. pticule Dolores oculorū. ubi loquēs de colirio opiato dicit. Ergo medicinā istā nunq̄ laudaui. Idē ult. 3°. de ingenio sanitatis. z° ca°. ¶ Ad intellectuz huius dubitationis. p° sciēdū qđ medicina narcotica est illa q̄ sensuz aufert uel obtondit in membro & hoc facit sui frigiditate inspissatiua substātie spiritus animalis. ut summitur ab Auic. z°. can. 4° c°. Et ideo medicina narcotica dicitur stupefactiua uel obdormitiua uel cacotida uel torpificatiua. omnia eniz. ista uocabula inuenīunt̄ de ea in libris. & idē significat. Tales aut̄ medicine sunt opiū ius quiam⁹. papauer proprie nigruz. succus lactuce mandragora. & inter has Auic. hic ē numerat aquā sumach. licz eniz sumach non sit multū med'cina frigida quia est frigida in z°. & sica i tertio. est tamē cū hoc multū igrossatiua. & ideo potest poni inter stupefactiua. s. leuia. ¶ Secundo siendū quod usus medicine stupefactiētis. uer. g̃. opii potest esse ad duas intētiones. Vna intētio est principaliter ab eo quesita. uel quā pricipaliter habet. s. intētio stupefaciēdi. Alia pōt esse itentio i usu opii correº seu rectificatio quarundā medicinaꝝ. ¶ Differt aūt usus opii q̄tuz ad has duas itentōes. qa uolētes uti opio p p⁹ itenti one facimus ipm basiz medicie cōpositē. & ponimus de eo i pluri q̄titate q̄ qñ utimur pro alia itentōe. Alias aūt medicinas quas cum eo miscemus ñ miscemus ut tollat̄ ab eo uirtus stupefactiua. sz ut rectificet̄ stupefactio q̄tuz possibile ē. sicut appz in cōpositione filoni & cōsimiliū medicinaꝝ. ¶ Sed qñ utimur opio p aliis intētionibus. minus de opio ponimus. & miscemus cū eo medicias potētes sup eo. ut auf. rat̄ ab eo uirtus stupefactiua. aut uehemēter occultet̄. sicut appz in multis magnis cōfectionib⁹ positis ab. A. li°. 5°. tractatu. p°. Alie aūt intentōes ad quas opiū miscet̄ uel ponit̄ in magnis medicinis a quibus nō querit̄ stupefactio sunt sex. ¶ Vna ē depressio audacie caloris uel acuitatis illaꝝ sicut in exēplo ad propositū in multis colliriis uel sief. uel puluerib⁹ in quib⁹ ponētur uiride es. nel es ustū. ponit̄ opiū. ut apparet in descriptionibus aliquibus quito can. summa z°. tractatu z°. Et Serapio tractatu z°. 33° ca°. opiū aūt ibi iter alias utilitates quas habet istā uidet̄ habere q̄ dicta est. ¶ Alia intētio ē facere quiescere medicinā in loco q̄ de se esset apta ad recessuz sic̄ si aliquādo inueniat̄ mistū alicubi cū oleo balsami uel cum alia medicina subtili. ¶ Tertia intentio ē q̄etare materias que eliquātur uel eliq̄ renā a medicina. sicut punit̄ ad hanc intentionē in collirijs & medicinis fortis dissolutiōis. ¶ Quarta intētio ē dsensio substātie mēbri & naturalis humiditatis ne abstergāt̄ a medicis fortis absterſiōis. sic̄ i collirijs absterſiuis Iesus Haly. ad hac itentiōez ponit opiū ut ponit tractatu z°. ca° p°. ¶ Quinta itētio ē ifrigidatio aliqua ab eo sine apparēti stupefatiōe & h° ppter paucā q̄titatē. & propter medicinas alias que eū reprimūt. sicut in multis collirijs ad materias oculorū ponit̄ parū de opio ut ex eo sequat̄ ifrigidatio aliq̄ repercussio sine stupefactione. ¶ Sexta itētio ē iuuamētū infermētatiōe medicinarū. licet enim fermentatio fiat in humido & maxime cuz aliqua uis cositate sicut zuccaro & melle. actiue tamē fit a calido cui oz contraiacere frigidū aliqđ tēp ati caloris ut tādē sequatur forma mistionis

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 226 sur 455

sicut ēt fit ī generatiōe mistorū. Et ideo in magnis elꝑtiis semp uel utplurimū inuenimus opiuꝫ quando uolumꝰ qđ illa per fermētationeꝫ ueniant ad unaꝫ formā. Et quia opiuꝫ est medicina multū fortis. ideo quousq; nō ē facta eius refractio. calore cōtinentis & medicinaꝝ aliaꝝ multū sua uirtus manifestatꝫ ī cōpositō. sicut apparet in tyriaca ante fermentatiōeꝫ q̄ hꝫ aliquā uim stupefactiuā. ut quito can. capº de tyriaca & 3º can. fenꝫ. 3ª. capitulo de cura lapidis renū. Et iō q uellet facēt colirioꝝ ex mꝑtis rebus querēs in eo unā formā ꝑ fermentationē. opiū esset in eo cōueniēs. Nos aūt nō laborabimus in hoc sed utemur coliriis & medicinis aliis usitatis. ¶ 3º ē cōsiderādū q̄ đ medicis stupefactiuis. quedā sunt uehemētes sicut opiū & iusquiamus & similia que in dosi debita in omni materia & dispositione stuporē inducūt Quedā aūt sunt medicine stupefacti ue debiles. sicut medicine q̄ stupefacerent solū qa frigide. nō aūt per aliquā ꝓprietatē saltē uehementē sicut succus solatri cōmunis. succꝰ endiuie. succus portulace. & nix. & aqua frigida. Quedā aūt quasi medie inter ista. sicut papauer. Et in omnibus istis posset fieri gradatio. tñ extimationi medici derelinquiꝫ. & testimonio auctoꝝ. Et ideo exēpla posita ubi per estimationē alicuius ñ haberet omnimodā ueritatē recipianꝫ tñ ut exempla. ¶ His ꝑmissis dico ad questionē quādo queritꝫ utrū ī obtalmia possumꝰ uti regulariter medicinis stupefactiuis. Vel ē sermo de stupefactiuis ueris sicut ē opiū. iusquiamus. poma mādragore. & similia. uel ē sermo đ medicinis ñ sic uere stupefactiuis. Si quidē sit sermo de primis. Vꝫ q̄ris an possumus uti eis q̄tū ad primā eoꝝ uirtutē & intētionē que est stupefactiua uirtꝰ. Vel quātum ad aliam intentionem non principalē in eis nec primā. Si quidē q̄tū ad primā eorū uirtutē. Dico qđ regulariter narcoticis ī nulla materia uti possumus. Vñ Aui Expelle gº illa quātū potest. Ratio. prima ē Illa medicina regulariter nō possumus uti in obtalª que cū iuuamēto qđ facit debilitat ſpiritū uisibilē. mortificat mēbrū. & ingrossat oculi tunicas & etiā materiā. sꝫ narcotica usitata q̄tū ad ueritatē eorū propriam primā faciūt illa Maior ꝓpositio nota ē ex hº quia illa nocumēta sunt maxime euitanda. & prorie tria. pria nocumēta. etiā ingrossatio materie debet euitari. nisi materia sit subtilis. & ī materia subtilli nō laudatꝫ incōgrua ingrossatio. minor ē nota. nā medicamē fortis stupefactiōis applicatū ocło ut ꝑncipale opans habꝫ uirtutē mortificatiuā caloris. & ſpiritus animalis hꝫ etiā uim inſpissatiuā tunicaꝝ oculi. ex quibus contigit qđ infirmꝰ pducitꝫ ad cecitatē quādoq; aūt ſempiternā usus debilitatē. Vnđ. icomento affo. ſexte ꝑticule. Dolores oculorum dicit. Gal. qđ si adeo coliria. ſ. opiata fortia sint dolorem remouētia ſpiritui uisibili nocēt. ut pꝰ sanitatem apostematis uisus deficiat & grossicies & duricies in paniculis oculoꝝ ſupersit ¶ Et. 3º de ingenio. 3º capº loquēs đ medicinis stupefactiuis. dicit. Quidā ex hº. passi sunt caliginē uisus. quia defectiōeꝫ & post nō multū tēpꝰ catharactici facti sunt & ē. quā auctoritatē accipit & exposuit Rasis. 2º continētis 2º. capi. Vnđ. 2º can. caº de opio. plures antiq̄ rū fuerūt qui non fuerūt eo usi in obtalmia ꝓp nocumētuꝫ qđ uisui infert. ¶ Secunda rō ē quia narcotica inter alia mala que faciunt elongāt morbū. & causa est quia elōgāt materiaꝫ & đbilitāt uirtutē ī illiꝰ expulsiōe. Vñ Iesus tractatu. 2º. 38º. cº loquēs đ stupefactiuis. diē non multiplicēt. quia tardāt ſtatū & maturationem. Dico tamē qđ coacti utimur eis Illud autē qđ nos cogit. est doloris uehementia ex quo timeꝫ ſup infirmo de dissolutiōe uirtutis uel supuētu alterius morbi ī cerebro uel ſuper oculo de magna apostematione & disſruptione tunicarū oculi. & iō magis eligimus infirmū debilitari in uisu aut prolungari obtalmiā quā uelimꝰ presentē oculi disruptionē aut aliud mortis periculū. Vñ Aui. Doloris uehēmētia facit necessariā stupefacienti um adhibitionē. Et ideo Rasis 2º cōtinētis sepe iterat talē sermonē. si dolor est uiolēꝰ ꝓnātur narcotica. ¶ Ex quibus soluitꝫ quedam alia dubitatio. ſ. in qua oatalmia narcotica plꝰ cogimur adhibere & minus nocēt. qa ī obtalª de materia calida. & hoc. qa in illa dolor ē uiolētior. Etiā materia calida iuuatꝫ per ſrigidationē quā faciunt narcotica. licet nō sit cōueniens infrigidatio. in materiebus aūt frigidis ē totū cōtrarium. ¶ Soluitꝫ 2º ex hoc quedam alia dubitatio. ſ. in quo tempe obtalie plꝰ utamur talibus stupefactis. Quia dicēdū q̄ ī ꝑncipio. ſummēdo prīcipiū ut distinguiꝫ quoad materie dispositiōeꝫ. Et ratio ē. quia tūc sunt multa ex quibus fit maius iuuamētū a narcoticis. ſ. doloris uehemētia calor & fluxꝰ materie Cū autē icipit augmētū qº ad digestiōeꝫ materie icipit accidētiū alleuiatio. qa statim materia icipit euacuari. sicut in pleuresi ut supra dictū fuit. & colligitꝫ a Gal. in comēto tertij regiminis acutoꝝ. comēto 63º. Et qa narcotica prohibēt materieruꝫ euacuationeꝫ ideo magis nocent tunc cū magis debeant euacuari materie. & hº ē ī augumēto & magis ī statu. & mꝑto magis nocēt ī declinatiōe. tūc enī nulla ꝑ se uidentꝫ habere utilitatem. ¶ Si aūt

questio q̃rat an possumus uti narcoticis q̃tũ ad intentionẽ ñ principalẽ ab eis.uel q̃rum ad uirtutẽ nõ principalẽ.Dico q regulariter eis possumus uti.& hº nõ est aliud dicere nisi q regulariter possumus uti medicinis i quibus itrat opiũ in parua q̃titate.ita q nõ ponit ibi opiũ.ut ab eo pueniat stupefactio.sed propter alias utilitates.de sex utilitatibus supius dcis Huius rõ est.qa i obtalª uti possumus medicinis i qbus ẽ utilitas sine nocumẽto.Sȝ sunt q dã coliria.uel pulueres.& sief.in qbus itrat opiũ.que habent magnas efficacias & non habẽt nocumentũ ex opio.ergo illis possumꝰ uti Q đ aũt ñ noceãt ꝓpter opiũ apparet.qa nocumentũ opii est inquãtum est narcoticum.sed in illis medicinis non ponitur opiũ ut narcoticum uel stupefaciat.sȝ.pro aliqua intẽtionũ p dictarũ.unde parũ de eo ponitur. ¶ Et q dictuȝ est cadit multũ in mente auctorũ.Ipsi enim faciũt coliria sief & alcofol ad obtalmiã & ad alias passiones oculoruȝ in quibꝰ ẽ itẽtio abstersionis uel resolutionis.Et q̃doq; intẽtio prohibitionis exitus uuee in quibꝰ medicinis põitur aliquid de opio.& absolute docẽt uti illis medicinis ñ dubitãtes de opio.Vñ Gilbertus Anglicus liº.3º.unũ suũ colirium in quo opiũ recipit uehemẽter cõmendat.que dicta cõprehẽdere poteris si inspicis coliria & alcofol & sief Mesue ca.de passiõibus oculoꝝ & dca ab Aui.quito can.summa.zª.tractatu zº. ¶ Ex q bus duo possumus colligere.Primũ ẽ q tales medicine nõ dicunt ꝓprie narcotice.qa uirtus eaꝝ nõ est ꝓprie stupefactiua.uerbi gra.alcofol quã docet facere Mesue in fine capituli de obtalª recipit opiũ.non tñ puluis ille dici dẽt stupefactiuus.nõ enim induceret stuporẽ pp paruitatẽ quãtitatis opii respectu aliaꝝ medicinarũ.& ꝓpter repressionẽ eius ex aloe & feniculo.Similiter ẽt multe alie medicine ponũtur ab auctoribus in quibus est aliq d đ opio nõ tamẽ dicunt stupefactiue.& appȝ in multis euidẽtius q̃ in puluere supradicto.Sȝ dicũtur narcotice.qa in se recipiũt medicinam narcoticaȝ.s.opiũ. ¶ Secũdo possumus colligere in quo tẽpore obtalmie & in qbus morbis regularius possumus uti huiusmodi medicinis que iproprie dicunt narcotice.In tẽporibus q dẽ aliis a tẽpore principii obtalmie.Et rõ huius est.qa tales medicine recipiũt i se opiũ ad refrenandã & remittendã audaciã medicinaꝝ ẽsolutiuaꝝ ulꝰ abstersiuaꝝ.aut ad faciẽdas alias utilitates medicis q̃ sunt calide.Sȝ medicinis calidis ñ utimur in prĩcipio obtalmie sed i cipimus eis uti in augmẽto & psequimur uersus finẽ.In principio aũt obtalmie & proprie calide utimur medicis frigidis ut albũine ouisuccis herbarũ frigidarũ ceruſa & amilo q̃ ñ indigẽt rectificari per opium.si enim aliquã utilitatem eis faceret.hoc esset.qa acquireret eis fixionẽ.sed hoc non idigent.qa tales medicie ut ceruſa & amillũ a seipsis sunt fixibiles. ¶ Si aũt esset uia imaginãdi q i principio obtalmie cõpeteret medicina opiata.i.recipiens opiũ que tamẽ nõ esset stupefactiua.esset hº quia illa paꝝ ualde haberet de opio.Vñ ex sui paucitate estimaremus q ñ haberet effectum stupefaciẽdi sȝ infrigidãdi materiã aliquã fer uẽtis caloris.hoc aũt est iudiciũ estimatiuum ¶ Possumus ẽt cõprehendere q morbi sunt in qbꝰ medicie sic opiate cõueniũt.qa sunt illi in qbus cõueniũt fortes medicie.s.ulꝰ fortiter abstersiue & resolutie.sic̃ ulcera saiosa.ulꝰ fortiter exiccatiue uel cõstrictiue.sicut i ulceribꝰ in quibus timẽt uuee exitus.ut põt ab auctoribꝰ uideri.Nõ autẽ terreãt medicꝰ oculista cũ uidt aliq̃s receptas q̃ opiũ recipiũt uti illis sicut quidã faciunt timẽtes nomẽ opii. ¶ Viso quid dicẽdũ de medicinis stupefactiuis.i. de medicinis recipiẽtibus uerũ stupefaciẽs.ut ẽ opiũ.Dicendum ẽ de stupefactis debilibus & nonueris.Et dico qđ eis magis possumus uti rgulariter i principio obtalmie.Ratio huius est duplex.Prima quia no timẽt ex eis no cumẽta q̃ timẽt ex opio & iusquiamo.Secunda causa est quia põt repiri materia tãti caloris que non posset tẽperi nisi a suco solatri uel a suco latuce ulꝰ ab aqua frigida.Et iõ Mesue in prinº obtalmie precepit uti solatro.cuȝ dixit.administrãda sunt igitur in principio si materia fuerit calida que materiem acuitatem & inflãmationẽ deprimãt.qualia sunt ꝓtulaca endiuia & solatꝝ ¶ Sed diceret aliq̃s ita diceȝ qđ posset seu põt repiri materia tãti caloris q̃ indigebit extingui per opiũ.& sic opiũ regulariter competeret in materia illa. ¶ Dicendũ q opiũ datuȝ ad uehemẽter infrigidãdũ non absoluitur a stupefactiõe.sed res multuȝ frigide ut psiliuȝ aqua frigida & solatrũ quãuis infrigidãt materias multum calidas non tameȝ cõcomitat stupefactio. Et uidetur secũdũ hoc q in opio simul cũ ifrigidatiõe sit proprietas in inducẽdo stuporẽ.Vnđ licet aq̃ frigida sit in quarto gradu frigiditatis sicut opiuȝ.non tamẽ habet proprietatẽ stupefaciẽdi. ¶ Vel aliter possumꝰ respõdere qđ utrobiq; est irregularis approximatio.tñ ẽ magis irregularis i usu opii.Q đ aũt utrobiq; sit irregularis opatio coacta declarat.qa siue approximet succꝰ solatri & aq̃ frigida siue approximetur opiuȝ ad temperãdũ acuitatẽ materie uehemẽtẽ est uerũ dicere.qđ tunc itentio curatiua se uertit ad caloris acuitatẽ & uehe

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 228 sur 455

mētia obmissis aliis intētionib⁹. ¶ Ex qb⁹ apparet solutio ad predicta contraria. prio ad auctoritatē Mesue. Dicendū p° qđ p sief. al bū ñ intelligit primū in suis receptis. sz ꝑmū i usu medicoꝝ regulari. & tale sief ē sine opio ut supra dictū est de intentōe Rasis z° cōnē tis. ¶ Secūdo modo possumus respōdeꝛ qđ ibi Mesue ponit curā aliqualr coactā ad tem pandū excessuz caloris. cui⁹ signū est qa' alia remedia nō cōtulerunt prius que fuerūt de al bumine oui uel succis herbaꝝ frigidaꝝ Si enī illa cōtulissent in repercutiēdo uel tempando calerē ñ fuisset expediens uti sief albo. & hoc cōcordat cū intentione Halyabbatis qnto pra ctice. 3°. ca. ubi dicit. Si dolor roborat his & ñ quiescit &c̄. Coliriū adhibe albū in quo est opiū. ¶ Tūc ad probationē cum dicit Mesue ponit postea sextā intētionem ad correctionez accidentiū que est intētio coacta. ¶ Dicendū qđ in qualibet intētione de aliis cadit coactio & ꝛregularis opatio. uer. g̃. itētio ad alterādū ma teriā si pfici pōt cū reb⁹ q̄ ex alia pte ñ no ceant. tūc ēgulariter ·exeq̄mur. Si aūt pficiat cū rebus que noceāt ex alia pte. uer. g̃. i mate ria multū calida intendimus cuz multū frigi dis que ex alia parte inducunt nocumentū. ta lis intētio pficit irregulariter & coacte. qa tū dolor ē accidens multū cogens & proprie ē ac cidēs. qa actio lesa. ideo Mesue ponēs sextam intētionez ad accidētia que ītentio est dē cura coacta solū dixit de dolore. ¶ Ad secūdā instā tiā đ magnis colirijs apparz solutō. ¶ Ad ter tiā dicēdū qđ Rasis per bothor & ulcera itel ligit ulcera bothoralia uel bothor ulceroſas aptas in quibus indigemus medicinis forti ter abstertiuis & mūdificatiuis saniei qb⁹ non possum⁹ uti sine represſione & hoc fit cū op io & figidis medicinis. & ad hāc intētionez lo quitur. tamē de hoc plus a pparebit infra in secundo tract. hui⁹. ¶ Ad quartā possumus respondeꝛ primo negādo maiorē quia est ma ior timor. in oculo de opiata medicina quaz in colica de in testino. Et hoc propter duo. Prio quia in colica medicina opiata prio ocurit sto macho & ibi. trāsmutat. unde peruenit ad in testina fracte uirtutis. sz in oculo statz suppo nitur. Secundo quia inrestina sunt coopta mꝑ tis muscositatib⁹ stantibus in eis sic scannatio ut Rasis. p°. almansoris q̄ defendit ea ab im pressione forti medicine opiate. sed oculo ime diate occurrit. ¶ Aliter possumus respōdere negādo minorē. quia gaf. nō uult q̄ medicamē narcoticū in colica colerica posset regulariter adhiberi. Sed qđ minus irregulariter q̄ in co lica frigida. Vñ dicit. nocent aūt minime. i. mi nus aliaꝝ has &c̄. ¶ Ad quintū dicendū qđ uerū est. si nō faceret alia nocumēta magna q̄ dicta sunt. ¶ Secūdo dubitat. qđ sit meli⁹ in uehementi dolore ocli. an stupefactiuū ponēt super ocło. an potare illđ. & uidet qđ sit meli us extra apponere. p Mesue đ cōsolatōe medi cinaꝝ intētōe. 3ª ca. z°. can. 6°. ubi loquens de usu narcoticoꝝ dicit. melius ē ut ñ in potu dē tur. sz administrare in emplastris tātū est me lior cura. ¶ Item opiata que dolent ab auctо ribus in doloribus oculorū omnia sunt empla strabilia uel colirizanda uel alcofolanda si q̄s attendat. non aūt sunt ellectuaria uel trociſci summēdi. ¶ In cōtrariū ē Aui. li°. p°. fen. 4ª. penultimo cap°. ubi dicit. Et fortasse qđē bi bere erit meli⁹. sic bibere qđ stupefaciat ꝑp dolorē oculi. qm̄ ex h° minor malicia puenit &c̄. Ad dissolutionē h⁹ dubitatiōis notādū qđ si cogit medic⁹ uti medicis stuporē indu cētib⁹ debz h° agē cū timore & cautela. Cau tela autē quā debet habere ē obseruādo que dā ex pte medicine. quedā ex pte corporis q̄ dā ex parte modi usus. ¶ Ex pte medicine dz ista obseruare. ¶ Prio qđ utat leuieri stupe factiuo q° uti pōt si necessitas ultra nō cogit Vnde Aui. sit cōtētus albumie oui cōquassa to cū aqua in qua papauer sit decoctū. s. papa uer albū. Vnde p° can. fen 4ª. ca° p°. Et si tibi necesse fuerit stuporē inducere. nō trāscendas tale quale est papauer albuz. qm̄ cū suo stupo re ē domesticū. ¶ Secūdo q̄ tale stupefactiuū sit cōsolatuz cū medicinis que sui maliciam re primūt. ut docet Mesue ꝑallegato ca°. Vnđ Aui. hic. fortasse oportebit ut ponas cū eo senu grecū &c̄. Dixit autē fortasse. quia cū debili stupefactio nō ē necessariū miscē qđ ēfrenet sz potes miscē. & iō dixit fortasse. ꝑ dixit for tasse qa. q̃do materia ē grossa & mꝑtū de ea essz iā i oculo. tūc cū quocūq; stupefactiuo oz miscē aliq̄d qđ iuuet ad ēsoluēdū. Resoluti uum ergo pp duo miscē cū narcotico. s. ut iu uet ad resoluēdū. i. ut resoluat & ut ēmoueat nocumētuz factū a stupefactiuo. Tertiū qđ debz obseruari est quod ipsa sit medicina ex parte fermētationis consolata. recens enīz est magis suspecta. ut pōunt ꝑallegati auctores Vnđ. iz. tera. p° ca° loquēs de stupefactiuis q. busdā dicit. Omnia uero hec meliora post an nū a quo cōposita sunt. Et Mesue preallegato cap° dare ea. s. narcotica antiquiora minoris ē nocumēti. ¶ Q uartuz ē quantitas eius qđ đ eo datur. qa plus declinet ad paruā dosim ut. Mesue ibđē. ¶ Dispositiones autē corpo ris obseruande sunt. p° quod si dantur interi⁹ corpus sit forte in uirtute & sic etiā debet consyderari fortitudo uirtutis oculi. in homi ne enī naturaliter debiliū oculorū suspicādu z

est ne mortificet in eo calor naturalis. ¶ Vñ quidã in usu narcoticoꝝ peruenerũt ad prisiz oculi.i.ad consumptionẽ per uiã.s.defectus caloris naturalis.ut summiẽ tertio de igenio sanitatis 2°.ca.Et.3°.li°.continentis.Rasis loquẽs de malis effectibus narcotici dicit.Alii qui passi sunt ptisim oculoꝝ &c.&c.istud accidit ex paruitate oculoꝝ que puenit ex nutrimẽti defectu. ¶ Secũdo q nõ sit repletũ nimis. Vñ Mesue preallegato capitulo Caue ne dett ris ea corporibus ipuris.Et quẽadmodũ hoc obseruandũ est in corpore sic in oc'o.qa nocumẽtũ narcotice magnificat in hora in qua materia habũdat indigẽs euacuatõe perfecte sic in augmẽto & statu.ut supra declaratũ est. ¶ Modus aũt obseruãd' in dãdo huiusmõi narcotica uel summiẽ ex parte ptis cui applicaẽ uel ex parte tẽporis. ¶ Si quidẽ ex parte tẽporis uel mẽsurationis dispositionẽ corporis.ut sic debẽt dari hora somni.ut ibidẽ Mesue.facilius enĩ puocatur homo ad somnũ qd exeis querit.Vel tẽporis mensurãtis dispositionẽ oculi.&c tũc obseruandũ est hec.cũ iã le uia remedia nõ cõtulerũt.imo dolor augeẽ. Vnde periculũ iminet.tũc enĩ a narcotico desistere nõ possumus.sed urimur eis.ut sup̃ dictũ est auctoritate Halyabbatis quito pract. .3°.ca. ¶ Obseruandũ ẽt est q nõ cõtinuẽt i usu.qa plongant nimis morbũ & perducunt ad malã dispositionẽ.ut Iesus Haly.tractatu .2°.38°.ca.Vñ Rasis 2° cõtinentis.ñ nimis assiduetur usus narcoticoꝝ.quia reddũt morbũ fixum & debilitant uisum. ¶ Si uero modus exhibitionis diuersificet secundũ partẽ q^a dz exhiberi.s.intus uel extra.&c tũc uel p huius narcotica simpliciter intẽditur doloris sedatõ uel intẽditur cũ hoc aliqua materiei infrigidatio & inspissatio ab illis.Si quidẽ querat sola doloris sedatio.&c timeat cum h° dolor in oculo.melius ẽ dare huiusmõi stupefactia itus q̃ oculo applicare.Et rõ ẽ.quia itus data scmnũ inducẽt qui dolorẽ sedabit nec oculo nocebitur. ¶ Sz tu dices meli' ẽ nocere oculo q̃ sto macho & intestinis. ¶ Dicẽdũ qd p̃supponiẽ qd mẽbra ista sunt bene dispositа.Vnd uirt' narcotici nõ ledet ea manifeste. ¶ Si autẽ medicus p̃ter stupefactionẽ credat i me^a narcotica facere utilitatẽ p uiã infrigidatiõis caloris & sedatiõis fluxus.meli' ẽ extra ad oculũ applicare narcotica.ut notũ ẽ. ¶ De facto igitur sic erit agẽdũ qd si dolor cuius stupefactiõi itẽdim' sit de materia grossa & multa.nec in oculo sit multus calor melius ẽ stupefactiuũ itus approximare ut'forsaz tiporib'.Vnd Rasis.2° cõtinẽtis.ponãt narcotica frõti & tiporib' nõ sup palpebras. ¶ Si autẽ dolor sit d materia subtili cũ multo calorẽ meli' ẽ sup oculo applicare ut.ex premissis post ostẽdi. ¶ Ex quib' aparet solutio ad cõtraria sup' inducta.pcedũt enĩ uiis suis. ¶ QVOD SIMATERIA. ¶ Hic ponit cãn. curationis intẽdẽdo ad speciales modos doloris.Et primo itẽ dẽdo ad dolorẽ corrosiuũ.2° ad dolorẽ mordicatiuũ.3° ad dolorẽ extensitiuũ.ibi secũda.&c cura qdẽ mordicationis.ibi 3^a.&c cura qdẽ extẽsionis. ¶ Causa autẽ quare de his mõis doloris fecit mẽtionẽ est.qa ꝓprie hi oculo accidunt & maxime sunt suspecti minãdo ulcerationes paruas & malignas in ipso. ¶ Circa.p mã ptẽ dubitatur utrũ in dolere oculi a materia corosiua cõpetat opium.i.medicina opiata narcotizãs.Videt q nõ ex gal'.in cõmẽto affo. sexte particule.Dolores oculorũ.ubi dicit.q si humores fluentes ad oculũ sint acuti q per usum opiatoꝝ uulnerant & corrodũt. ¶ Itẽ qd materiã acutam corrosiuã magis detinet in loco uideẽ nocere.sed opiata sunt huiusmodi.ut notũ est. ¶ In cõtrarium est Aui. ¶ Ad huius intellectũ cõsiderandũ qd aliqua materia põt dici corrosiua duobus modis.Vno mõ ꝓprie.ut cõtradistinguitur mordicatiue & h° modo materia corrosiua habet aliquã grossiciem.nã effectus corrosiue rei est minuere de sudstãtia corrose partis cum sua resolutõe & ulceratione quã facit.sicut summiẽ ab Aui.2° can.4°.ca.&c isto modo nõ summiẽ ab.A.hic materia corrosiua.qd apparet.p° ex modo loquẽdi.Aui.cũ dixit q si materia est subtilis. ¶ Sz tu dices Auer.5°.colliget.diẽ q medicina corrosiua ẽ subtilis. ¶ Dicẽdũ qd loquiẽ respectu caustice medicie. ¶ Secũdo apparz q si materia corosiua ẽ materia alicui' grossiciei .tunc opiata non cõueniunt.quia eam magis in loco detinẽt.&c q̃uis faciãt eã p aliq̃ tẽpore q̃escere a corrosiõe.reuertiẽ tñ corrosio fortior q̃ p'. ¶ Alio° põt accipi materia corrosiua ut se extẽdit ad mordicatiuã.&c talis materia ẽ subtilis c' effectus ẽ soluere cõtinuitatẽ i plurib' minimis ptibus mẽbri.Vnde nõ sentitur p se q̃libet solutio cõtinui sed totũ in confuso.&c h° nõ põt facere nisi materia sit multũ subtilis.ut summiẽ 2° can.4° c°. Et in tali corrosiõe dico qd cõpetit opium. Ratio ẽ.qa remouet acuitatẽ materie & igrossat eã ut nõ ibibatur.&c quia iste materie sunt ut plurimũ pauce.licet sint in qualitate male.iõ nõ timeẽ qd stupefactiuo qd ꝓpter exuberãtiã materie faciat reuerti dolorẽ.imo illa materia pauca rectificata ab approxiatiõe opij cessante nocumẽto mordicatiõis expelliẽ tãdẽ a uirtute.&c h° ẽ qd Aui.dicebat.Si materia ẽ subtilis & corrosiua.i.mordicatiua.ñ est malũ apud me

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 230 sur 455

uti opio &cē. ipsuz nāq; est sanans eā. s. corrosi
onē. i mordicationē. & hoc rectificando mate
riā. & nō succedit dolor. i. nō magnificat. neq;
reuertit postea dolor. quia cum ille materie
sint pauce q̄titatis non habentes renouationē
per uiā defluxus a cerebro contigit q̄ rectifi
catis eis expelluntur. Sed procedēdo cū hac
solutione cadit duplex dubitatio. Primo quia
Auic. uidetur superfluus. nā statiz ponet curā
doloris mordicatiui in oculo non ergo debez
hic exponi corrosiua. i. mordicatiua. Dicen
dū q̄d cura mordicatonis est duplex. Vna res
picitēdo ipaz mordicatiōez ē spicit multā mate
riā. & talis cura fit cum opio. qa sedādo mor
dicatōez uehemēter ēctificat materiā. Et istā
curā Aui. ponit hic. cū dixit. Si materia ē sub
tilis & corrosiua. Alia est cura mordicationis
que n̄ multū rectificat materiā. sz magis resi
stit ipi mordicatōi in se. & ista fit cū cōgluti
natiuis &cē. Et de tali loquit stati. Vñ dicit.
Et cura mordicatōis. & n̄ dicit materie mordi
catiue. Secūda dubitatio est. ubi ergo Aui.
de cura doloris corrosiui facit mītionē Di
cendū q̄dan ca. de ulceribus oculi. corrosio eni
stati uidetur significare ulceratōez ēē i oc.
Et qa ista so⁹ forsan alicui n̄ placeret specu
lādo q̄d materia corrosiua possit ēē subtilis
& grossa. ꝓterea do aliam solutōem. Pro
pter q̄d cōsiderandū q̄d materia corrodēs tu
nicas oculi uel ē subtilis uel est grossa. Si qui
dē sit subtilis. Dicemus q̄d opium cōpetit p
pter causas dictas supius. Vñ Aui. Si materia
est subtilis & corrosiua Et Rasis 2⁹ cōtinētis
dicit. dolorē qui est in humore acuto. i. subtili
corrosiuo opium n̄ mittigat casualiter sed cu
rat. Si autē materia corrosiua sit grossa. tunc
opiū nocet retinēs & ingrossans illam. Vnde
magis remouet eam a dispōitiōe euacuatiōis
& est sicut ei q̄d dicit Aui. 4⁹. can. ca. de igne p
sico loquēs ad hanc intentōem. nō oz ut sit lini
mentū uehementis infrigidatiōis q̄n materia
ad grossitudinem est declinis. Sciendum
tamen q̄d quāuis opium in tali materia co
ueniat nō tamē omnino regularis ē usus eius
quia ex eo timetur nocumentum in spiritu ui
sibili & aliis spiritibus. tamē qa iuuamētuz
eius ē in hac materia plus suo nocumēto cū p
hibeat pexima dispositio. s. ulceratio. iō. A.
post timorē usus ei⁹ effirmauit i materia cor
rosiua subtili opio fore utēdū. dicens. q̄uis o
porteat credere q̄d inq̄tū &cē. uerūtamē opio
in doloribꝫ &cē. Ad cōtraria dicēdū p⁹ ad
Gal. q̄d itelligit d materia corrosiua quādo ē
grossa. Vel dicēdū q̄d itelligit de materia
multū fluēte ad oculū calida q̄ licet actu n̄ sit
corrosiua retēta tamē in loco pōt cōuerti i cor
rosiuā. Ad ratiōez dicēdū q̄d ꝑmus effec
tus opiz ē sedando dolorē rectificare materiā
illā subtilem rectificatiōe qua ꝑparat expul
siōi. & iō nō retinetur. immo digesta expellit
in materia autem grossa nō cōtingit illud.

ET CVRA QVIDEM MORDICA tōis
Hic pōit curaz doloris mordicatiui. Notan
dū q̄d materia mordicatia ē subtilis acuta pe
netrās in mꝑtas partes mēbri ut ꝓdictū fuit.
ergo q̄d sibi opōitur ē glutinatiuū. i. habens
uirtutē glutinosaz opillatiuaz. & ex h⁰ ꝓhibe
tur materia a penetratiōe in ptes mēbri. Est
etiam tale medicamez frigidum. ut remittat
acuitatē materie. & p hec duo. s. per glutinati
uā uirtutē & per frigiditatē ingrossant subāz
materie. mordicantis. Sz tu dices. q̄d uult
dicere subtilitatiuis. Quidaz exponit. i. carmi
natis & resolutiuis. & cuz hoc q̄ materiā illā
corrigis eā resoluas miscēdo resolutiua cum
frigidis gulitinosis. sicut sief albū cuz aq̄ meli
loti uel feniculi. uel faciēdo hoc in diuersis tē
poribꝫ. ut p⁰ ponātur glutinosa frigida. secū
do ponāt resolutiua. Alio mō pōt exponi subti
litatiuis. i. subtilibus iq̄tum ē possibile. Vnd
liz glutinosa sint grossa. ex eis tamē eligimus
grossa minus. sicut ē albumē oui. ET CVRA
EXTENSIONIS Hic ponit curā dolo
ris extēsiui. Ad cuius intellectū notādū q̄d
ut supra apparuit dolor extensiuus fit uel ex
multitudine materie uel ex uētositate. Cōtīgit
aūt hi dolores extensiui in cura molificationis
& resolutionis nā siue extēsio fiat a uētositate
siue a materie multitudine cōueniēs ē poros
dilatare. & hoc facit medicina molificatiua. ē
ēt cōueniens materiā per illos poros transpi
rare & euaporare. & h⁰ facit medicina resolu
tiua. sicut ad has duas intentōes sunt semen
lini anetū camomilla & melilotū. Sed differūt
in h⁰. quia si dolor sit extēsiuus ex multitudi
ne. tunc ꝓprie sibi cōuenit permutare eā ꝑ di
uertere a ptibꝫ oculi cū flebothomia aut uēto
sis aut aliis modis. ut summitz. iz tera. ultimo
ca. licet ēt possit dici q̄d ēt materie uētose cō
petit trāspiratio. ipsa tamē uētositas plꝰ est
apta euacuari per partē q̄ materia humoralꝫ
Et iō in materia uētosa securius possumus in
cipe cū euaporatiōe. in materia autem humo
rali tutius ē incipe à diuersiōe uel trāspiratio
ne materie. & postea euaporāt. Vnd izs tera. i
fine. Intentiōe autē euacuantes & in his totū
corpꝰ & nimiz antipascātes. i. reuelētes iferi
us repatiōez humorū. deide ipsis localibꝫ au
xiliis &cē. que euaporant. CVM AVTEM
Hic Auic. subiungit duos can. ibi secundus.
& oportet. Dubitatur. utrū i obtalmia cro
nica cōpetat flebothomia uene ꝓticularis. Vid

tur q̄ ñ.qa obtalie cronice sunt de materieb⁹ grossis flegmaticis aut melācolicis.morbi enī plongati sunt frigidi.ut supra.A. ca°.de emi granea.& ī comēto affo.secude pticule.Senes iuuenibus &c̄.Sed in materiebus frigidis nō cōpetit flebothomia.qa materia ex h° fit grof sior & frigidior. ¶ In cōtrariū ē.A. ¶ Dicē dū dupliciter.pri° q̄ i obtalia cronica si ē de sanguine grosso cōpetit flebothomia.Si autē sit de alia materia ñ cōpetit. ¶ Vel possumus dicere aliter q̄ q̄uis obtal^a sit flegmatica l' me lancolica a predominio.inuētū est p experien tiā q̄ flebothomia uenaꝝ particulariū alleui at & cōfert.Et hoc pp duo. ¶ Primo qa mē brū redditur inanitu ut ex h° super materiaꝫ se uertat & digerat & cōsummat illā. ¶ Se cūdo qa ly obtalmia sit melācolica uel flegma tica utplurimū tamē sanguis q est in uenis p pinquis oculo inficitur & corrūpitur.unde nu trimētū oculi malignat.facta ergo flebothoia fit illius correctio & eductio & hec ē una de maioribus causis ppter quas flebothia uena rū particulariū confert in obtalmia cornica. ¶ Ad cōtrarium quid dicēdum apparet.

¶ ET OPPORTET. ¶ Hic ponit quendam aliū.can.Vel possumus dicere q̄ hic incipit in summa nobis recolligere curā obtalmie.& p mo ostēdēdo quid non conueniat.z° qd cōue niat ibi.z^a.& penitus. ¶ Q d dicit prio notū ē.ex declaratis supra in questiōe d oleo. ¶ No tādū tū q̄ dixit distilationē alicui⁹ olei.qa for saꝫ in hora resolutionis materierū possem⁹ i aurē distillatē oleū aliqd calidū. ¶ ET PENI TVS. ¶ Hic ut supra dicebatur resumit cu raꝫ.& primo in generali magis.z° in speciali ibi.z^a cuꝫ autez materia. ¶ Ad intellectū prie ptis notādū qd licet obtalmie inq̄tū apostēa cōpetat.pri° repcussio & postea resolutō.& gradati ire a repcussiuis ad resolutiua.tū ista medicamina ualde dearticulant & determinā tur.pp mēbri naturā.s.oculi qd est mēbrū le ne sensibile multū.determinat aūt pri°.quia nec repcussiuū nec resolutiuū dēt esse laborio si tactus.Hoc aūt perficit cum mō approxima tiōis qa leuiter & suauiter multū dz medicus tāgere oculū.ut Iesus Haly.tractatu.z°.38°. ca.pficit ēt.qd medicie que ad h° approximā tur ñ sint aspere.imo semp sint actualr lenes & iō si expedit aliquā medicinā durā approxi mare.sicut uer.g.sief uel puluerē.oz q̄ sief co hrizet cū aliquo leni.sicut ē albumē oui.& q̄ cōfricet sief ut id qd emanat ab eo sit subtile. sicut alcofol.i.sic̄ puluis subtilissimus q appz in radio solis.Et ēt si solū puluerem cuꝫ radio uellet approximāt.expedit qd sit subtilissim⁹ ut ñ ledat oculū suo tactu.Et h° inuebat Aui. cū dicebat super cōfricatōeꝫ qd sit ad alcofol.i cōfricet colliriū ita suauiter qd illud qd ex eo seperat sit subtile ut alcofol. ¶ Dixit aūt.A. mulctū.i.mulsuꝫ.qa imediate ab ubere dz ca dere lac super loco cōfricatōis & ñ debet ī ua se seruari.qa cito corrūpitur.ut gal°.7°.tera. Determinat autē unūquodq; istoꝝ medicami nuꝫ p se.qa medicamē repcussiuū.& si hēat aliquā stipticitatē debet esse tātū illa refracta & tempata z^m modū supradictū.similiter re solutiuū.quia calidū dber esse lene ne suo ca lore mordicet.imo exicet.s.exiccādo & ēsoluē do sine mordicatiōe.ec ¶ CVM AVTEM mate ria Hic i speciali resummit curā.& prio quā do ē in statu.z° quādo ē in declinatiōe.ibi z^a. sitq; illd. ¶ Causa autē quare nō assumpsit curā pricipij & augmti distinctiꝫ ē.qa ex p cedēti parte pōt haberi.ē enī cura pricipij ex repcussiuis.sꝫ augmti ex resolutiuis.s. mistis cum eis. ¶ Ad prime pris intellectū notādū est qd materia obtalie pōt dici euacuata duo bus mōis.Vno mō qa pcesserūt euacuatiōes cū flebotho^a & farmatia & aliꝭ sic̄ expedit. Alio° euacuata.i.fluxa.qa cessauit flux⁹ mate rie.qūo utic̄ isto uocabulo.A.li°.p° fen 4^a.p° capi°.utroq; mō potest intelligi hic euacuata. ¶ Secūdo iciendū qd cū dolor nō est in sum mo laboris.i.dolor nō ē fortis.tūc materia ē digesta uel ppe & ideo tūc morbus ē i statu qa materia ē multū digesta uel magna pars ē digesta. ¶ Ex quib⁹ apparet qūo cōueniat colliriū unius diei.Colliriuꝫ enīꝫ.unius diei qd in loco colliriat siue sit puluis siue sief siue co liriū facit opationē ī die suo ex fortitudine sue opatiōis.Et ideo huiusmodi collria sunt diuer se descriptionis.Vnde Serapio trac.z°.p°.c° puluerē citrinuꝫ uocat medicamē unius diei. Puluis autē citrin⁹ &si sit diuersaꝫ descrip tionuꝫ.tū componit ex reb⁹ fortiter resoluti uis & fortis resolutionis uł exicatiuis ut mir ra sarcacolla aloe & croco & ex medicis stip ticis ut accacia sief memithe & opio Et ex me diocris digestiuis sicut etiā est croch⁹. Rasis. 5° continētis uocat medicamē unius diei sief quodā fortis resolutionis exicationis & mū dificationis cuꝫ maturatione cū aliqua medici na stiptica.Vnde dicit.In sief unius diei appo nitur accacia paꝫ eris usti croc⁹ mirra liciū & galbanū.Sed idē Rasis ī alio loco dic̄ sief uni us diei.Accipe memithe aureos.g.croci ceruse sarcacolle aā.auē.i.opii.auē.S. & ex h°fac sief qd dī uni⁹ diei.A.ue° qnto li.sūma z^a.tract. z° uocat colliriū uni⁹ diei colliriū rabiosuꝫ.d q̄ dic̄ qd resoluit apostema.s.obtaliaꝫ & carmi nat ipuꝫ i hora sua.Per colliriū g° uni⁹ diei ī telligem⁹ colliriū rabiosuꝫ.A.uel qdcūq; aliđ

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 232 sur 455

runt de obtalmia. Vel hoc iō fecerūt qa principaliter ponūt curam exiturarū iā habentiuz in se materias. Iste autē habēt intētiones cōes de quacūq; materia sint. Nā si est exitura ite tio i ea ē resolutio. Si extractio materie exiture & siue sit materia sanguinea siue flegmatica. Hec ē itētio. & pax diuersificāt materie p q̄ sanies facta ē. iz sit aliqua diuersitas. Similr si est fistula. intētio est rectificatio partis corrupte de quacunq; meteria sit. in hoc non cadit etiā multa diuersitas. Cauterio enim eodē recti ficabitur os siue sanies. que corumpit siue fuerit de sanguine siue de flegmate Et propter hāc cām principalr credo qd auctores ñ curauerūt distinguere materias. hax exituraz siue fistulax. ¶ Ad cōtraria appz solutio quia cōcedit qd possit hoc apostema fieri ex q̄libz materia. sed frequētius ex flegmate. Quare aūt ōbtal[a] ñ sic se habeat. apparet ex dictis supra ca. de obtalmia. ¶ Ad Guilielmū dicēdū q p materiā melancolicā intelligit illā que facit exiturā glanduloſam. que pōt dici melancolica. propter duriciē. iz radix sit flegma. ET ALGA rab. Hic notificat apostema lachrimalis quādo est fistula. Et primo facit hoc. z° que dixerat declarat. ibi z[a]. &. exitura illa. ¶ Circa primā partem considerandū q Aui. notificat istaz fistulā ex parte triū. Prio ex pte nois. qa uocat garab. Secūdo ex pte loci. qa i angulis oculi domesticis. ut supra probatū fuit. Tertio ex pte modi sui euētus qa succedit exiture & bothor q̄ euenit i loco predicto lachrimali domestico & hoc pp modū rupture illox. ¶ Dubitatur qa Aui. dixit q fistula lachrimal succedit exiture qn rūpitur. huius cōtrariū posuit supra qa solū dixit de bothor qd rūpebatur. sz de exitura prime speciei dixit q nō rūpitur. ¶ Dicē dū dupliciter. Primo p expositionē littere hic. exiture. & pro i. bothor. i. exiture bothorali. ¶ Vel dicendū z° q fistula utplurimū sequit ad bothor. qa materia eius nō ē indurata. sed raro sequitur ad exiturā glāduloſam. ut cum illi materie indurate acciderit corruptio. & rē rūperet. & esset fistula. Et iō exponit qd supra dixit & ñ rūpit. s. nisi raro. ¶ Sz cōtradiceres qa. A. diē hic q plurimū succedit exiture & bothor. ergo ñ raro. ¶ Dicēdū q ad ista duo ut plurimū succedit fistula. qa raro ē qd alr fiat q̄ altero istoz duoz modorum. tam cōperando exiturā bothoralez ad exituram glanduloſā plus sequitur ad exiturā bothoralē. & raro ad glāduloſam. ¶ Secundo dubitatur. Nam Aui. dicit qd utplurimū fistula lachrimal succedit exiturē & bothor. g° alia passio ē ad quā pōt succedere. que ergo ē illa. ¶ Dicēduz qd fistula i lachrimali posset fieri a uulnere precedēte. sic sequit aliq̄do fistula ex flebothomia uene lachrimalis. ut Auic. p° can. fen 4[a]. capi° d flebothomia. Posset etiā fieri ab aliq̄ corruptione ichoāte in osse que paulatim alterando corrūperet carnē sup̄ ie & fieret fistula. Vtrax autē uuln° & corrosio ossis possit facere fistulā pter qd sequat exitura nō curo discutere. ¶ 3° dubitat utrax exitura possit dici fistula āteq̄ rūpat. Videt qd sic. qa tota malicia que ē in fistula. est in exitura anteq̄ rumpat. quia ruptura nō addit maliciā. imo forsan minuit. Sz fistula dicit ꝓpter maliciā & corruptōez igit anteq̄ rumpat est fistula. ¶ In contrariū ē Aui. ¶ Dicēdū qd ista questio ē de nomine Fistula eni pōt dici tripliciter. Vno modo pro qualibz cauerna uel abscōsione i qua est corruptio partiū. Vñ fit difficilis curō. siue cutis sit rupta. siue nō. & isto mō iste exiture ante rupturā possunt dici fistule. ¶ Alio modo fistula pōt accipi min° large p uulnez extra. apostēationē habēte & pfunditatem & corruptiōez partiū. unde fit difficilis consolidatio. Et isto modo fistula nō est ubi cutis rumpat. Et licet cutis ruptura nō addit maliciā. nisi qa addit solutiōez cōtinuitatis i cute. tamē est signum maioris corruptiōis. & h° mō. A. summit hic fistulā saliz p ulcere pfundo stricti orificij i lachrimali in quo est corruptio in osse uel i pāniculo. Vnde fit difficilis consolidatio. Nō. tñ dico difficilis consolidationis propter cāceroſitatē quia tunc esset cancer. Tertio modo summitur fistula pro ulcē profundo cuius labia sunt indurata & isto modo potest summi hic EXITVRA. ¶ Hic que dixerat declarat. Iā eni posuerat qd exitura lachrimal uocat garab potest rupturā. et non ante. Et posuerat qd est fistula post rupturā. Primo g° ostēdit qd post rupturā uocatur garabat & non ante rupturam. & h° quia habet aliud nomē anteq̄ rumpatur & cū hoc ostendit qualiter est disposita exiture ante rupturā Secūdo ostendit post rupturā qd est fistula. ibi z[a] cuz ergo rumpitur. Prima in duas primo ostēdit qd est nomē huius exiture. z° ostendit ciuſ dispositionē ibi. z[a] & quādo illud mēbrū. ¶ Dicit primo qd ante rupturā dicitur hakillus. quasi dicat igitur ante rupturā non debet dici garab. nisi tu uelles idez nominare duob° nominibus. Et forsam qd apud arabes ista nomina significāt secundum impositionē eorum. Et quando. ¶ Considerandum qd Auic. hic uult ostendere qualiter se representat uisui illud qd tegit materiā istius exiture anteq̄ rumpat que dicit hakillus. Et h° dico maxie quādo ipsa ruptura appropiquat. & uult Aui. qd uidet sup ficies illius exiture. sic unus pannus subtilis i

ſpiciendo eū a parte depreſſa q̄ adheret oſſi. & a pte eleuata que ē ſupra eminētiaz exiture & hoc iō eſt. qa illud mēbrū in quo talis materia cōtinet. ſ. caro lachrimalis. & ipſa cutis q̄ eſt ibi. eſt ſubtilis ſubſtantie. & iō ſanies q̄ debz rūpere corrodēdo & ſubtiliando. faē ea apparere ſubtilia. ſic̄ unus pannus. Vñ ebray ca littera dic̄ q̄ lucet uel ſplēdet. & h° ē q̄ dicit. Et quando illud mēbrū. i. caro lachrimalis & cutis ē ſubtilis ſubſtantie. unde ſ. i. apparet ſicut pannus. ab inferiori. i. a parte minus eminēti ad exterius. i. ad partē eminentiorez. quē ſ. pannuz. i. rem que apparet ſubtilis. ut pānus inuentes a latere oſſis naſi i uel a latē altero depreſſiori cutis ſ. uerſus os naſi. & a latere eius q̄ appz de oculo. i. de poſitōe ocli. i. a latere eminētie exiture. Ex q̄ potes accipe ſignū ad cognoſcendū qñ hachilus eſt preſens & quando ruptura iā propīqua ē. qa ſi uides ſubtilitatē cutis in parte q̄ oſſi adheret. i. i parte ſubleuata ē uerſus oculū ſub qua iacet' materia. iam ē ſignum q̄ cito rūpetur. ¶ Cum igitur rūpitur &c̄. ¶ Cōſiderandū tamē q̄ iſta littera poſſet aliter exponi. q̄ p illud mēbrū intelligat. A. panniculū qui oſſi adheret. Cū igit̄ inter ipſuz & os clauditur ſanies. ſub leuaē pāniculus ille. ita q̄ apoſtemata cute ui debis. ſicut unū pannū ſubtilē cuius radix eſt uerſus os & eminet extra etiā uerſus oculum ¶ Tertio mō exponit̄ a Dino q̄ illud membrū. i. illa caro lachrymalis eſt ſubtilis. i. rara ideo pōt penetrari a uiſu. ſicut penetratur pannus. Et ido apparet ab iteriori uſq; ad exteri⁹ ¶ Quarta expoſitio q̄ aliquādo materia q̄ facit apoſtemata lacrymalis cōtinetur i panniculo ſicut glādula. & iſte panniculus ē rotūd⁹ & iō uidemus iſerius & ſuperius. & h° ē q̄ dicit. Et quoniā illud membrū. ſ. paniculus in quo inuoluitur eſt ſubtilis ſubſtāie &c̄. Si quis autē conſideret. prima. expoſitio &. 2ª. ſunt magis artificiales & aplicabiles textui.

CVM ERGO RVMPITVR. ¶ H coſtē dit q̄ poſt rupturaz eſt fiſtula. Et primo facit hoc 2° oſtendit diuerſitatem que accidit in hac ruptura. ibi 2ª. & ei⁹ ruptura. Prio arguit ſic plaga ſanioſa difficilioris cōſolidationis eſt fiſtula. hanc propoſitionē Auic. preſupponit notā. Sed cū rūpitur exitura lachrimalis oculi remanet ſanioſa. difficilis cōiūctionis cōſolidationis uel curationis. g° fit fiſtula. & hoc ē q̄ dicit. & ppter h° fit fiſtula. Probat Aui. minorē ppoſitiōez quā ponit. ſ. q̄ ruptura ſiue plaga remanet ſanioſa difficilis cōiūctionis. q̄niā mēbrū in quo ē rupta iſta exitura ē humiduz & ſemper ē in motu. ¶ Ex pte igit̄ humiditatis remanebit ſanioſum. & ēt ex pte continui motus difficulter cōſolidabit̄. qa iſta exitura cū rumpit̄ fit fiſtula ut eſt fiſtula. ¶ Conſiderandū q̄ per mēbrū iſtud q̄ eſt humidū debemus intelligere lachrimale quātū ad carnez & etiā panniculū. Nā ipſuz eſt humidū per cōtinuā receptionē humiditatū. ut poſterius magis declarabit̄. Eſt etiā in continuo motu. p° propter palpebrā ſibi cōiūctaz que cōtinue illā mouet. 2° ppter curſuz. humiditatū trāſeuntez per illā qui decurſ⁹ eſt cōmouēs. ¶ ET EIVS Q VIDEM RVPTVRA. ¶ Hic. oſtendit diuerſitatez que accidit in hac ruptura quātū ad partes ad quas eruptio fit. & tangit. qnq; mōs rupture. Vn⁹ ē ad exteriora. Alius ad iteriora. Tertius ad ābo latera. ſ. intus uerſus os ꝑ naſuz & extra. Quart⁹ ē ad iteri⁹. ſ. ſolō ad naſum. & hoc qñ extenditur multū ad extremitatē foraminis naſi. ſ. uerſus pūctaz naſi. Quintus eſt quādo ſanies corrūpit os. & h° ē q̄ dicit. q̄doq; cōſeq̄t malicia ſanici eius os. i. partē oſſi uoſam. ſ. uerſus ſupciliū. & corrumpit & ānigrat & corrodit illā os. & pri° ifficit et mutat colorē. poſtea dſtruit ſubſtātiā eius. uel diminuit. & tādē corrūpit carthilagines palpebre. ſ. ſuperioris. & oculus ipleē ſanie. ſ. inter oculū & palperā. & compreſſione exit ſanies. ¶ Cōſyderādū q̄ oſſa circa lachrimale profundius ſunt ſpōgioſa. ſz in ſupficie ſunt oſſuoſa. Et iō quādo retigit corruptiōez oſſis uerſus extra dixit abſolute cōſeq̄t malicia ſanici eius os. ¶ Si quis tamē uellet poſſz exponere os oris. i. q̄ corruptio q̄doq; uadit ad partes oris. & palati. ſz pria expoſitio uidetur clarior ꝑ illā. q ſubdit. & cartūpit carthylagines palpebre. ¶ Cōſyderādum 2° q̄ non ſolū palpebra ſupior. ſed inferior pōt corrumpi. & ideo pōt exponi os. ſ. ſupius & inferius q̄ ē os pomi facici. et tūc exponit̄ palpebre. ſ. ſupioris uel iferioris. ¶ Cōſiderandū q̄ oculū impleri ſanie. dupliciter poſſumus itellegere. uel oculū. ſ. inter palpebram & oculuz. uel oculū. qa intus in oculo. qa cōiunctiua & ſue pellicule corrumpant̄. & ſanies itret in eas. & licz iſtud raro appareat. tamē ē poſſibile. Vn de 30ar ca° de fiſtulis dicit. pōt accidere q̄ ꝑ dictū apoſtema rumpit̄ in tunicis oculorum. & inde rumpitur. ſ. oculus.

Algarab ē egritudo cronica Supⁱ⁹ Aui. notificauit apoſtēata lachrimal. ¶ Hic pōit ei⁹ curā Et primo premittit q̄dā diuiſionē que a ꝑpriat̄ fiſtulis lachrimalis que ꝑprio nomine dicūtur garab et 2ᵐ illā diuiſionē pōit curā. 2° innuit aliā diuiſionē que comprehēdit apoſtemata lachrimalis

fistulosa.& non fistulosa.& zm illā pōit curā
ibi za.quādoq; uero cōfert in ꝓncipio sui.Pria
i duas primo ꝑmittit diuisionem & diuersita
tē cure.zo exequit curam.ibi za.incipiat ergo.
¶ In prima parte Aui.innuit hāc diuisionem
ꝙ fistulaꝫ lachrimaliū quedā est recēs.& cu
ratur medicinis facilibus dicēdis i hoc ca.que
dā est cronica.& curatur cauterio. ¶ Dubitat
qa Aui.supra posuit aliā diuisionē apostema
tis lachrimalis.s.ꝙ quedā sunt de genere glā
dulaꝫ.quedā de genere bothor.Quare igit
secūdū illam diuisionē ñ exequit curā. ¶ Dicē
dū ꝙ curam apostematis de genere glandula
rū uult ꝙ itelligas ex ca.glādulaꝫ.4o.can.fen.
tertia. ¶ Dubitat 2o.qa Aui.uidet cōtradice
re.Nam primo dicit ꝙ algarab.est egritudo
cronica.Et postea dicit ꝙ q̄dā est recēs & q̄dā
ē cronica. ¶ Dicendū qđ algarab ois est egri
tudo cronica.s.actu uel aptitudie.Est eni egri
tudo difficilis cure.Rō prima ē q̄ summit 2o
cōtinentis.Nam medicine que approximanē
si sunt sine punctione tarde curāt.si sunt cum
pūctione augēt apostema.Secūda ratio est.qa
nō pōt diu superligari medicina.Nā dicit Ra
sis ibidē.Oculus nō patit lōgā ligaturā.Ter
tia rō est.cōtinuus decursus supfluitatis ad p
tes. ¶ Sciendū tamē qđ algarab .quoddā est
cronicū magis & quoddā minus.illđ qđ ē cro
nicuz minus pōt dici recens.& ex hoc soluitur
cōtradictio.Vel algarab recens q̄uis sit recens
ē cronicū aptitudine.quia aptum prolongari
Sz algarab antiquum ē cronicū actu.qa actu
plongatū. ¶ Tertio quereret qs.an hec diui
sio possit adaptari apostematibus nundū con
uersis ad fistulā. ¶ Et dicēdū qđ sic.Quedā
eni ex eis sunt recentia.quedā uero plongata.
Aui.tamē nō expressit hanc diuisionē qa zm il
lam nō intēdebat diuersificare curā ut appare
bit. ¶ Quaro dubitat.q̄to tē pore fistula dica
tur antiqua uel recens. ¶ Dicēdū qđ nō debz
mensurari tempore.sed dispositiōe fistule.Cū
enim fecit multā corruptiōez carnis & panicī
& ossis dicit antiqua.Cū aūt fecit corruptio
nē paruā.& nundū corrumpit os.potest dici
recens.Et iō curat medicinis facilibꝰ uel solu
tiuis.ut habz alia littera ¶ Diebardich.exponi
tur 2o cōtinentis.qđ ē unguentū.tō zm cōmu
nem usum oculistarū fit hꝰ modo ℞. Bdelij.
armoniaci.āna quātitatē quā uis.dissoluātur
in caciola ad ignem.deinde pliciat desup uiri
dis eris.quātuz pōt accipere.Istud eni medica
men corrodit ptes corruptas in fistula.& dila
tat orificiuz fistule.& sic stat loco cauterij.& &
ponitur infra ab Aui. ¶ Alij uero dicunt qđ
est medicamē quod Auic.ponit ibi de colirijs
¶ Ali dicunt qđ est unguētū cauterii positū
5o can.trac.xi°.Haliab.uero 5o prac.dicit.qđ
ē medicamē acutū. ¶ Rasis 14 continuētis đ
scribit sic.℞.arsenici citrini. rotulū. unū.eris
usti rotulū mediū salis armoniaci rotulos.4.
infūdat in aqua caly uel acaly.i. calcis in sole
p ebdomodā.Deinde exiccetur & sublimet in
instrumēto semel & reseruet in uase uitriato
obturato capite ipsius cū cera. Sed Serūitor
ponit descriptionem fortiorē. quā uide in eo.
¶ INCIPIATVR ERGO Hic exequit curā
& primo fistule antique.zo recētis ibi.za & si
quis uult.Prima in duas.primo ponit curam
zm dictū modū zo ponit circa hoc aliorū sentē
tiā ibi secunda. quidā ¶ Ad intellectū prime
partis considerādū qđ cura fistule cronice.est
cauteriū ad hoc ut partes rectificentur & abs
ciatur qđ corruptū est. ¶ Mūdū faciēdi pōit
A.infra i fine huius capituli ¶ Est autē cura
eius cū eo qđ stat loco eius sicut diebardich.
& modū usus eius docet hic.Est aūt qđ fricē
tur fistula cū panno idest cū licinio de filis mū
dificetur & exiccet.ut medicamē magis atti
gat partes fistule.& postea ipleatur ex diebar
dic.Vel forsan Aui.uult qđ fiat fricatio cū pā
no.pp duo.primo propter mundificationē.zo
ut excitetur calor i parte & melius reducatur
medicamē ad actum. ¶ Dubitatur utrū die
bardic possimus uti i fistula recēti.Videt qđ
ñ qa diebardich stat loco cauterij.sed cauterio
ñ utimur i fistula recēti.quia curatur medicis
facilibus.go nec utemur diebardich. ¶ In con
trariū sunt cōiter opantes ¶ Dicēdū qđ die
bardich possumus uti i fistula cronica & recē
ti.tñ diuersis intētōibus. ¶ In cronica eni uti
mur eo ad corrosionē & cōsumptionē partiū
corruptaꝫ.& i hoc stat loco cauterij.Et iō oz
qđ ex eo ipleatur concauitas fistule.Vnde A
uic.Et impleat ¶ Sz in fistula recenti nō uti
mur ad hāc intentionē.sed ad altaram cuarū.
Vna ē ad dilatandū orificium fistule.cū infir
mus nō sustinet hꝰ fieri cū ferro.& tūc ponī
mus diebardich solū in orificio.& ad hāc intē
tionē eriaz q̄doq; utimur eo in fistula cronica
¶ Alia intētio ē fortis exiccatio q̄ requireret
q̄uis fistula non eēt cronica.& talis exiccatio
fortis possz fieri cū diebardich.Vñ Iesus. fa
cta aptiōe fistule docz eam iplere cū licinio fa
cto ex uiride eris ꝑ cū pulpa colocynthidꝭ ¶ Ex
qbus appz solutio ad cōtraria. Q VIDAM
AVTEM Hic Aui.ponit aliorū sententiam.
Fuit autē ēr hꝰ motiuū.A.qa iaz dixerat qđ
fistula cronica curat cauterio. uel diebardich.
Et ideo aliquis dubitaret.an cum hoc esset a
lia cura.& dicit Auic.qđ quidam existimant
quod post remotionez carnis mortue a fistula
si impleat cotto infuso in decoctione silliquaꝫ

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 301 sur 455

nabathi.i.katubiarum.uel aliter dicunt xilo carata.confert uehemēter. Ille aūt qui hoc dixit fuit Rasis 2° continētis ca.de fistula au ctoritate.Gal.ubi dic.Dico 2m dictū Gal.fin datur fistula.fricet & al stergatur.& oē qđ ē in ea de carne supflua eradicet.& suppōat bobax itincta in succo carub.i.cornu uacie recē tis pluries.q a hec cura coadunat & cōsolidat Dixit autez Auic.nabathi.qa lz xilocarata sit exiccatiua tamē illa q est đ nabathi est magis exiccatia.ut.2° can.ca° de carub. Cōsiderā dū aūt qđ ista cura ē cōpletiua Nā nō sufficit in fistula cronica cauterio uti uel diabardich. nisi post hec perducatur ad consolidationē fac ta.mundificatione. Hoc autē facit xilocarata secundū dictuz modū unde Rasis dixit q cōso lidat.ET SI Q VIS VVLT.Hic ponit curā fistule.recētis.& hoc apparet quia ista est cu ra que est absq cauterio.sed cauteriū approp atū est fistule cronice.Et primo pōit modū cu rādi fistulā absq cauterio. & ponit medicaia ad hoc conueniētia.2° pōit debitū modū usus medicaminū.3° iteruz describit quoddā medi camē ad fistulā.ibi.2a & melior qdē. ibi.3a & de coliriis. Ad prime partis itelectū cōside rādū qđ intētio in curōne fistule.recētis ē tri plex secūdū doctrinā Mesue ca.đ algarab.Pri ma ē mūdificatio.& ho Aui.docet facere cū ex pressione & ablutōe facta cū uino stiptico.& qa pauca q̄tras eius qđ aggregatū est nō obe dit bene expressioni.iō Aui.tūc cōcedit qđ di mittat fistula ligata tribus diebus uel duob9 donec adunetur aliqd quātitatē habēs.& tūc melius fit expressio totius.quādoq tū dimit titur aggregari sanies ppter aliā causam.& ē ut appareat locus i q debemus facere icisionē ut dicit 2° cōtinentis. Secunda itētio est exi catio & incarnatio.& istud fit p medicias ha bentes exicationē mediocrem.i.conuenientē.se cundū qđ Mesue ibidē ponit.quia nō tanta q̄ cicatrizet .Et q̄tuz ad hoc Aui.docet uti colirio algarab.i.ad fistulā qđ sibi cōperat.i.sibi ap propriat.Maomet filij zacarie.i.Rasis.& h° ē coliriū qđ ponit nono tractatu Almansoris ca.de fistulis lachrimal cuius laudē & receptā uide ibi.& ē sine dubio optimū & exptū. 3a itentio ē consolidatio cuz fortiori exiccatione. qua fit cicatrizatio.& h° facit istū idez coliriū & ppte cum dissoluit cum aqua decoctionis gallarum .Et quia medicamē incarnatiuū.& cōsolidatiuum pōt esse unuz & idē .compatū diuersis disp̄sitiōib9.& 2m diuersum moduz usus iō A.hic nō curauit distinguere. Cōsy derandū ēt qđ q̄is hic ponat cura fistule re centis tū ista eadem ē cura fistule cronice.quā do i ea uolum9 curat absq cauterio.aut absq eo qđ stat loco ei9.tūc enī nō possumus aliter curare nisi abstergēdo & mundificādo illū q in eo ē corruptum.& incarnando.& sigillādo. Et ideo pōt dici qđ hic ponit cura fistule cro nice q̄ cura fit absq cauterio ET MELIRor quidē.Hic ponit debitū modū usus medicina rū.que in cura fistule approximant.Doez aūt circa hoc tria.Primū ē spacium qđ est iter ap proximatōes medicaminis.& dic qđ inter di stillatiōez & distillatiōez.i. approximatiōem interueniat hora. Sz diceret q̄s cōtra.quia. Rasis 2° cōtinētis uult qđ inter distillationē & distillatiōez iterueniāt plures hore.qa dic qđ expressa fistula supponat ei medicamē ter in die. Itē nono tractatu Almansoris dicit qđ in die ponant tres aut q̄tuor gutte & qđ inter guttā & guttā magnū sit intersticiū uł interuallū.i.spaciū sed una hora non uidetur magnuz spaciū. Itē Gulielmus uult q inter ponatur spaciū quattuor horaꝝ. In cōtrariū est Auic.qui dicit interueniat hora. Dicen dū qđ totuz hoc remanet iudicio estimatiuo medici.s.quātū spaciū debet ponere inter disti lationē & distilationē. Posset enim medicus quādoq tribus uicib9 distillare in die.& quā doq quatuor uicib9. & quādoq pluribus .& q̄doq pauciorib9.& hoc secundū diuersitatē corporū & tēporis & medicaminū.uerbi g. Si medicamē esset subtile liquidū distillabile qđ cito resolueretur .ioz qđ medic9 sepe in die innouet.ut trib9 uicibus aut quatuor.Q đ si medicamē ē durū tarde opationis & dissoluti onis .sufficit bis in die aut sem el cuz eo medi cari.& totū hoc est estimabile. Ad Auic.di cēdū primo qđ ipse pcessit cū sua estimatiua que potest uerificari q̄doq. Vel dicendum qđ cum dic interueniente hora.intelligi debet idest interueniente spacio.Q uantum tamē sit illud spacium nō est determinatum per artē. Secundum qđ docet Aui.ē modus imposi tionis medicaminum in fistulā.& ē qđ mēsu ret p° q̄tum ē profunda fistula.deiñ inuoluat radius .i.instrumētum illud cotto. Dico qđ in uoluat tanta pars radij quanta est profundi tas fistule.& totū illud inuoluat in medicinis si sit i forma pulueris.uel ibibat si sit medici na currens.& imponat cū radio usq ad pro fundū fistule.Ex hoc .n.i omnia latera fistule tangunt a medicina.& medicina cōseruatur in cotto. Tertiū qđ docet ē modus retinēdi medicamē in loco qđ fit per ligaturam & qe tem.ET DE COLIRIIS.Hic describit qđ dam medicamē ad fistulam.& summitur hoc medicamē ab Halyabbate 5° practice.ca° de cura cornu.Virt9 autē huius coliriji.i. medica minis ē fortis exiccationis per omnes medici

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 302 sur 455

nas que ibi ponūtur. & ē uirtus putrefactiua per arsenicū rubeū. i. auripigmentū. & attrimētū. i. arsenicū aliud. s. citrinū. Vñ Halyabbas ibidē arsenici utriusq; rubei & citrini. uel per attrimētum possumus intelligere aliquā speciē attrimentorū. ut uitriolum. est ēt putrefaciens per cātarides. & fortiter exiccans & quasi corrodēs per sal & calcē. Conficitur aūt cum urina pueri. quia cū hoc q̄ est exiccatiua ē conueniens in materia mistionis ꝓpter sui humiditatē ampliorē q̄ sit in urinis iuuenum. ¶ Ex quibus apparet q̄ hoc medicamen conuenit quādo i fistula querit̄ fortis exiccatio & remotio carnis corrupte. Et istā possʒ dici q̄ stat loco cauterii. & possʒ dici diebardich. Et iō cōtingit in fistula antiq̄ plus q̄ in recenti. & in recenti posset cōpetere. si in ea requireret̄ fortis exiccatō. ¶ VANDOQ ʒ uero. Hic pōit curā apostematū lachrymalis 2m diuisionem que cōprehendit apostemata fistulosa & nō fistulosa. Diuisio autem ista hec ē q̄d apostemata lachrymalis quādoq; nō sunt rupta. & q̄nq; sunt rupta. ¶ Primo ergo ponit curam eorū ante eruptionē. 2° ponit curā post eruptionē ʒ ibi 2ª. & q̄do fit garab. ¶ Dic̄ prio q̄d in principio apostematis lachrymalis. s. āte eruptiōē ponāt̄ medicie fortis exiccatiōis & resolutōis sicut atrimētū & c̄. membegi. quidā dicūt q̄d est serapinū. Alij dicūt q̄ est una species lacrimini nux rancida. quia rancidatio acquirit sibi plus de uirtute resolutiua. Vnde sic etiā in amigdalab. ut potest̄ summi 2° can. 2° ca°. Et folia rute cuʒ aqua cineris. i cū lixiuio. Vnde 2° continētis. dicit Rasis. dixit Paulus. Accipe folia rute domestice sicca & terāt̄ & ipastētur cū lixiuio & ponātur & c̄. Hoc enim est fortis exicationis & resolutionis. & ideo confert si hakillus profundauerit usq; ad hos ʒ mordicāt in principio propter acuitatē. deinde non mordicāt. quia acuitas remittitur uel non retinetur cū substātia grossa. sicut est acuitas atrimētorū. ¶ Dubitat̄ utrū in hachil° cōueniant medicine fortis desicatōis & resolutionis. Videt̄ q̄ nō. ex Mesue ca. de algarab. ubi dicit. ante sui eruptionē ponant̄ resolutiua debil° resolutōis. Amplius q̄d materiā petrificat nō cōuenit. sed hoc faciunt fortia resolutiua. ¶ In cōtrariū est Aui. hic & reliq; auctores. Vñ 2° cōtinētis. q̄diu hec apostemata nō sunt apta curanr̄ cū medicinis uiolēte dissolutōis ¶ Dicēdū q̄d i apostemate lachrimalis ante eruptōē ʒ cōpetunt fortia resolutia & exicatiua. Quod declarat̄ ex duob°. Primo ex intentione q̄ hētur in eaque intentio est phibitio fistulatōis q̄tuʒ ē possibile. Prohibet̄ aūt fistula quando materia resoluit̄ anteq̄ in saniem cōuertat̄. Cōuersio autē materiei huius apostematis ad saniem minatur fistulā. sed prohibet̄ ista saniatio per fortiter resolutiua & exiccatiua. ¶ Secūdo declarat̄ ex natura materie faciētis hoc apostēa Iste enī materie ut dictum ē. utplurimū sunt flegmatice que idigent medicis fortis exicatōis ¶ Cōsiderādum tamē q̄d iste medicie fortis exicatiōis debent approximari factis euacuationibus cū farmacia uel flebothomia uł utraq; secūdū q̄d expedit. Vñ Mesue pallega°. ca. Cura huius egritudis icipienda ē a corporis mūdificatione Hoc autē. A. dīdit itelligi ex dictis supra in canonib° uł ibus. & ex dictis i cap° d̄ cura ebtalie. ¶ Cōsyderādū 2° q̄d q̄uis oēs iste medicie que approximāt̄ sint fortis exiccatiōis & resolutiōis. quedā tamē sunt minus fortes alijs. q̄ possunt dici d̄biles. sic̄ fortasse nux ē debilioris resolutionis q̄ armoniacū. Et q̄a a minus fortib° regulariter ē incipere. Iō Mesue incipit a debiliorib°. nō q̄d sint absolute debilia. sʒ respectu fortiorū dicūt̄ debilia & h° ē q̄d dicit. ponant̄ resoluentia debilis resolutiōis in principio. deinde fortioris. ¶ Ex q̄ apparet q̄d Mesue & Aui. nō cōtradicūt. eaʒ eni medicinas ponit. Mesue quas pōit. A. Littera tamē exterior q̄ habʒ parua saluaret cōtradictionē. ¶ Ad rationē dicēdum q̄d ista resolutia nō petrificāt. qa licʒ sint fortia. sunt tamē ꝓportionata ad materiā ¶ Vel possʒ dici q̄d eligeremus indurationē materie i pte potius q̄ putrificationē & cōuersiōē ad fistulā ¶ Secūdo dubitat̄. utrū in apostemate lachrimalis debeamus uti a pricipio repercussiuis. Videt̄ q̄d sic. auctoritate Rasis 2° cōtinētis p̄ allegato ca°. ubi dic̄. Cura apostematis lachrimalis ē ut curet̄ in principio. put curatur apostema de prohibitione. i. repcussione. Et Iesus Hali trac. p°. 33° ca°. dicit. Oportet mederi hāc egritudinē cū medicina apostematis & c̄. ¶ Amplius. cum apostema incipit & nō est ereticū nec uenenosum. nec in emūctoris possumus uti repercussiuo. secundū q̄d omnes concedūt. sʒ apostema lachrimalis potest esse nō ereticū. nec de materia uenenosa. nec est locus ementorius. igitur repercutere debemus i ꝓncipio. ¶ In contrariū sunt oēs auctores. ¶ Dicēdū q̄d in principio apostematuʒ lachrimalis ut plurimū nō debem° uti a principio repcussiuis salē puris. Ratio est quia sicut supra declaratū fuit ista apostemata ut plurimuʒ habent principium exiturale. ita quod sicut incohant. ita uidetur inchoare exitura & ideo .A. supra nominauit ista apostemata exituras. Quod aduertentes auctores statim incipiūt curā cum exicantibus & resoluētib°. quādoq; tū quidā auctores sunt soliciti q̄d in principio

cum resoluētib⁹ & exicantibus ponunt aliq⁹ phibitia tractus materiei ad partem. sicut Iesus Haly. docet incipere cuz medicamie sco ex memithe croco & mirra. Manifestū est aūt qđ memithe hz aliquā ui cōstrictiuā & reper cussiuā. sicut ipse ponit i fine sui libri ¶ Et ex hoc appz qđ si a pricipio hoꝝ apostematū po nat repcussiuum. nō ponitur tn pur sz mistū & debilitatū. ¶ Ex quibus apparet q si apo stema lachrimalis iciperet aliquādo de aliqua materia calida. pauca i quātitate ita qđ n ici peret i forma exiture. possemus icipere a pure repcussiuo. Hoc tn repercutere raro accidit. si cut ēt raro accidit qđ i pncipio pricipiante me dicus occurrat. ¶ Ex qbus apparet solutō ad cōtraria. Dictum eni Rasis uerificat q̄doq;. ¶ Ad ratōem primo. qđ lachrimalis āgul⁹ ē emuntoriū particulare. lz non sit ule. ¶ Vra liter. dicēdum & melius. qđ nō soluz pp istas cās phibetur repcussio i principio apostematis sed propter alias causas. de quibus est multi tudo materie. que facit ichoare apostema i for ma exiture. ¶ Tertio dubitat. quare. A. dixit in pncipio & ante eruptionē. nonne sufficiebat dicere in pricipio. ¶ Dicēdū qđ Aui. nō itelli gebat p principiū tempus quo materia icipit fluere ad partē. sz totū tempus qđ est a prin cipio apostematis usq; ad tēp⁹ rupture. Et iō Aui. dixit. a principio & āte eruptiōez. in toto enim hoc tē pore cōferunt ista medicamina. fa cta autē ruptura cōueniunt alia q̄ statiz⁹ dicz ¶ Sed tu diceres. quare Aui. dixit. q̄doq; con ferunt imo debuit dicere semp cōferūt. ¶ Di cēdū qđ hoc dixit ppter duas causas. Primo qa in principio pncipiante materia nō existēte multa cōferūt repcussiua & nō resolutia for tia. ut supra dictū est. Secūdo quia aliquando posset esse materia saniata. & sca fistula occul ta q̄uis cutis nō esset rupta. & tunc ista medi camina forsan nō sufficerent in curando. licet Paulus & Auic. multū cōfidant i medicamine đ foliis rute & lixiuio. ēt si hakill⁹ cōseq̄t os. ¶ ET Q ANDO FIT algarab. Hic ponit cu ram post eruptionem. quādo iam est fistula. & dicitur tunc garab. Et primo ponit curam eius quando nundum corrumpit os. secundo quādo iā corumpit os ibi. z^a cū autē cōsequi tur os Prima in duas primo ponit intētiones curatiuas in algarab z^o. exequit pōendo medi cinas ibi. z^a. & ex eis quidē. ¶ Ad primi in tellectuz cōsiderāduz. qđ post intētionez eua cuatōis & rectificatōis regimis tres sunt itē tiones in cura fistule lachrimalis. ¶ Prima ē mundificatio. siue absterio si est recēs. & si ē cronica remotio carnis corrupte & hanc teti git Aui. cū. dixit & mūdificet i primis. ¶ Se cūda intētio est generatio carnis. Tertia intē tio est cōsolidatio siue sigillatio. Et has duas Auic. tetigit. cuz dixit. Deinđ cureť. Hec ē eni cōpletiua cura. s. absterio & remotio partiū coruptarū est prepparatio ad curaz. EX EIS ¶ Q VIDEM EST SIEF. Hic ponit medici nas secūdū illos canones. Et primo medicinas leuiores absterētes & generātes carnē & cō solidātes que conueniunt in fistula magis re centi. z^o ponit medicinas fortiores corrodētes & consumētes ptes coruptas i fistula. & etiā cosolidātes que conueniūt in fistula magis an tiqua ibi z^a. & ex medicinis algarab. Prima in duas. primo facit qđ dictum est. z^o ponit quedam medicamina que habent rumpe. cum hoc qđ habent abstergere & exiccare. ibi z^a. & ex medicinis quidem que rumpunt. Prima in duas. pmo ponit medicinas quibus fit ab sterio. z^o quibus fit exicatio. generatiua car nis & cōsolidatia. ibi z^a. & ex eis ex ut terrāt Prima i duas. sicut duas ponit ad h^o medici nas. ibi z^a. & exptis quidē. ¶ Prima medicia abstergēs ē lanugo que iuenitur i concauitate arūdinis que ē exicatiua & ībibit sanē & ab stergit pprie que ē in radice. & hoc est quia grossior. Vel secūdū aliquos qa radix plāte ē calidior stipite. & sic illa lanugo radicis. qa mi nus ē frigida pl⁹ absterget. Mel ēt & spōgia abstergūt. Dicit tamē qđ sola lanugo arūdis sine melle & sine medicina alia exicāte conseq tur semp. s. effectū absterionis & exicatiōis. & sufficit. s. in hac. Vñ Mesue ca. de algarab. Lanugo sola p se sicca est mūdificatiuū bonū. ¶ Secūda medicina abstergēs. ē sief cuz me mithe. & crocus cū aqua altaraxacō. i. endiuie ¶ Cōsyderandū qđ istđ medicamē habet ab stergere per uiā cuiusdā exiccatiōis ex memi the & croco. & p uim lauatiuā. ex aqua altara xacon Licz apud quosdā taraxacon sit sicce cō plexiōis. ut Serapio. ca^o đ endiuia. In croco ēt ē resolutio. quid sit sief memithe. dictū ē sup^a nono ca^o. primi tractatus. ¶ Cōsyderandū etiā qđ istud medicamē magis cōpereret. si in loco esset aliqs excessus caloris. Vnde Iesus Haly. 33^o ca^o dicit. Si loc⁹ fuerit calefactus. unge cū memithe & endiuia. Debz autē h^o medicamē sine cessatiōe permutari. quia corrumpit in lo co pter aquositatē endiuie. ET EX EIS. Hic ponit medicinas exiccatiuas generatiuas car nis. & cōsolidatiuas. Et habet hec pars ptes tres. sicut tres ponit medicinas. ¶ Prima me dicina fit hoc modo. ℞. duas uel tres limacias & terre cū ostracis suis. & impasta totum cū mirra & aloe equaliter quātuz reducatur ad formā spissam. H^o medicamē ē fortis exiccati onis. Limacie eniz fortiter exiccant. ut Serapio

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 304 sur 455

ponit & mira & aloe. Sed tu dices medicamē generatiuū carnis nō dbet esse fortis exicatio nis imo mediocris exicationis. ut ponit. Me sue. ca° de algarab. ¶ Dicēdū qđ medicina generās carnē in garab respectu medicaminis cicatrizātis aut cōsumētis carnē malaz. debet esse mediocris exicatiōis. & sic loqtur Mesue Tamē ipsuz in ordine medicinaꝝ sicarū est fortis exicatiōis quia est sicū ultra primū gradū sicut ē mira & aloes. & etiā Mesue ibidē enumerat. sicut Auic. hic. ¶ Considerādū etiā ꝙ hoc medicamē potest in tribus casib⁹ competere in algarab. Primo quādo esset ibi materia sanioſa nō multa & subtilis. ita ꝙ p medicias siccatiuas posset cōsummi. nec idigeret absterſiōe & h° ē qđ dicit. Et ex eis q̄ cōferūt i egritudine algarab. & ē adhuc pauca. ſ. materia sanioſa. & ñ est aggregata. i. nō multa nec groſsa. ¶ Aliter tamē posset exponi ꝙ Aui. uelit ꝙ hoc medicamē conferat nō solū i fistula. sed ēt in hakilus i p̄ncipio & ante eruptionē. quia ē medicia fortis exicationis. sicut ille que posite sunt supra illo. ℈. quandoq; uero cōfert. Et tūc exponatur. Est ex eis que conferunt i egritudine. ſ. lachrimalis. & est adhuc pauca. i. cum est egritudo parua. & nō ē aggregata. ſ. materia ad rupturā. quia non ē rupta nec ē ꝓpinquiſsima rupture. ¶ Secūdus casus in quo competere pōt. est cum est ulcus. itelligo autē per ulcus fistulam que iā est mūdificata & absterſa a sanie & putredie & carne mala. ita qđ ꝓprie nō debet uocari fistula. sed ulcus. Et tē i hoie dure carnis sicce cōplexionis & etatis iuuenil⁹ hoc medicamē fortis exiccatōis cōueniret i generādo carnem. quia tales requirūt medicinas sicciores. Et iō dixit quandoq; &c̄. Posset tñ aliter exponi. ut uelit dicere qđ ista medicia ñ solū confert in egritudine lachrimalis dicta hachilus. ſ. ante rupturā. ut declaratū est i 2ª ex positione. ſtatim supra facta. sed cōfert ēt quādoq; cum est ulcus. i. facta apertione. Hec est intentio Iesus. & ab eo accepit Aui. uñ dicit sic Cōfectio que cōfert algarab. ante eruptionem & post. Terrātur limacie cū mirra & aloe & pone sup tū. ¶ Tertius casus i quo cōfert dicta medicina essz quādo uellemus cicatrizare. ꝙ respectu alicuius complexiōis & habidudinis. h° medicamē essz cicatrizatiuū. Hec q̄ ego dico sunt nota ei q̄ intelligit naturā medicinarum cicatrizatiuarū incarnatiuarū & generatiuarū 2ᵐ diuersitatē corporū. ET EX EIS est guadai aduſtū. Hic ponit secūdā medicinā q̄ fit hoc modo ℞. guadai. i. conchiliū quodcā marinū. & aduratur. ꝙ ex hoc acq̄rit pl⁹ de uirtute exiccatiua. & crocus puluis taraxacon. i. endiuie. & h° in quātitate q̄ tibi uidet cōficiāt adinuicē cū aqua ḋcoctionis sumach. solari. i. q̄ steterit ad solē. ad cōplementū sue ḋcoctiōis ista medicina ē potēs i exiccādo q̄ nō posszꝫ eē generatia carnis & sigillatiua. ex p̄missis appz uide musarā p aqua sumach. ¶ Deide pōit Aui. tertiā medicinā. que fit ex ruta & aq̄. i. succo granateꝝ. & ē medi⁸ sufficiēter exiccatiua ut ē notū. In hoc tamē est diuersitas. quia Aui. & Mesue uolunt qđ fiat hec medicina ex ruta & expressione granatorū. ¶ Sz Rasis. 2° cōtinētis auctoritate Pauli. uult qđ fiat ex ruta & lesiuio. Et ita ēt. A. uoluit supra. Sz Iesus cap° de algarab. dicit auctoritate Pauli ꝙ fiat ex foliꝭ rute. et cinere simul tritis Quic quid tñ sit quelibz istarū est fortiter exicatia siue fiat cū uino granatorū siue cū lixiuio. siue cū cinere. Illa tñ que fit cuz uino granatoruz minus exicat illa uero que fit cuz lixiuio inq̄tū magis profundat. potest dici qđ magis exicat Licet nō sic perseueret. In laudib⁹ uero istius medicine quibusdā omnes cōcordāt sc̄z qđ p mo mordicat deinđ nō mordicat. ut supꝫ Aui. dixit & hoc uult hic. cū dicit. Et non cures de mordicatiōe eius. Huius autē causa ē duplex Vna que supꝫ dicebat. qa ista medicina. ſ. facta cū lixiuio uel uino granatoꝝ est subtilis sustātie. unde non retinetur. ¶ Secunda causa est. quia subtilitate substātie cito penetrat & complet motum. Dolor autē est in motu & cessat motu cessante. ¶ In alia uero laude ei⁹ diuersimode loquunt. Rasis enim 2° continētis dicē Mirabilius qđ est i ea ē. quia nulla inducūtur ex ea mala. ¶ Alii uero auctores cōcordāt qa ipsa nō dimittit uestigium fedum. Huius cā est. qa citius consolidat fistula exicata a predicta medicina q̄ si exicetur a medicinis acutis corrosiuis. et ratio est qa medicine acute corrosiue cū grossa substātia exicando faciūt nimis magnā ulcerationē. et cōsummēdo ēt de bonis partibus inducūt nocumentū et dolorē. sz ista medicina. quia subtilior facit ulcerationē et exicatiōez minorē & magis cōuenientē & minus dolorosaz. & sic citius cōsolidat. quēadmodū ꝓpter hanc causam innuit Aꝛ. p° de pble. 34° pble. qđ inciſio cū ere citius sanat q̄ inciſio cū ferro. Vulnera enī minoris malicie & que citi⁹ sanant sunt pulchrioris cicatricis q̄ illa q̄ sunt magis dolorosa & peiora & tardius sanant. ¶ Secūda causa ē. qa ista medicina nō ē multū excedētis exiccationis. Et ideo si ipsa ponat ad cicatrizandū nō nimis indurat carnem. nec facit eam nimis calosam sed magis cōformez cuti circūstāti. & sic cicatrix ē pulchrior. ¶ Si quis autē uellz ista reduceē ad ꝓprietatē posset. unde. A. Et de ꝓprietate eius ē. ¶ Pars q̄ dicit. Et ex eis quidē que rūpūt pōt dubliciter

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 305 sur 455

exponi. Vno modo sicut stat superficies littere qđ hic Aui. ponat medicinas que rumpunt has exituras. & ponit tres medicinas quarū nulla ē rumpens uere. Si q̄s consideret & experiat̄ nisi qđ per accidēs posset rumpere. Pª quidē per modū cuiusdā lenitiōis uel maturationis, ex pane et lacte, et p̄ modum cuiusdam aptionis ex marubio, et exiccationis ex thure. 2ª autē medicina per acuitatē eruce. et 3ª p̄ acuitatem fellis sunt magis ruptorie. ¶ Secundo modo p̄t exponi q̄ Aui. hic ponit medicinas que rūpūt. i. destruunt exiturā. ne fiat fistula perdurās. & hº faciunt medicie exiccatiue. & aptie q̄ posite sunt ibi. quādoq̄ uero cōfert. ¶ Iste uero medicine que hic ponunt̄. sunt tres q̄ oēs habent uirtutē exicatiuā sed prima minus exicat q̄ 2ª. & 2ª minus q̄ 3ª. ¶ Si quis consideret Et hec uidet̄ esse intentio Rasis 2º. continētis qui nō utitur medicina. 3ª que hic ponitur ad rumpendū exiturā. sicut facit medicamē dictū ruptoriū de calce & sapone uel similibus sed utitur ea ad curā fistule. s. ad exicationem. Vn de dicit Accipe gūmiarabici partē. i. mire ptes tres. impastētur cū felle uacino & impeleatur ex his locº et nō remoueat̄. donec cureť. Et hoc ē qđ Aui. hic dicit q̄a cū iste medicine habent apitiōem. i. exiccatiōem. iō possūt dici ruptiue. ꝛ impproprie. Aui. eni 4º. can. fen. 3ª. ca. de medicinis rumpētibus exituras. ponit hos modos medicinarū in ca. de rūpētibus exituras ¶ Dubitat̄ ppter primā expositionē. q̄re Aui. n̄ docuit apire exituras huiusmodi. cū ferro. ¶ Dicēdū q̄ hº erat notū ex 4º. can. fen. 3ª. ¶ Dubitat̄ utrū aptio apostematū lachrimaliū dēat tardari usq̄ ad maturatōem. Videť q̄ sic. q̄a simile uidet̄ de his apostēatibº. & de aliis iteri oribus uł exterioribus sed ille n̄ aperiunt̄ ante maturatōem gº nec apostēata lachrimał ¶ Itē medicus dꝫ sequi naturā. ut 2º comēto prime particule affo. sꝫ natura n̄ apit apostemata añ maturationē cum ipsa regulariter opatur. Si eni aperiat̄ apostema ante maturationē. dolor & febris augumētabit̄. ut Aui. priº can. fen. 2ª ca. de signis solute cōtinuitatis. igit̄ medicus nō debet apire. uel rūpere huiusmodi apostēata anteq̄ sint matura ¶ Itē qđ pduc̄ ad fistulā nō debet fieri i apostematibus lachrimalis sed incisio exiturarū ante maturatōem perducit ad fistulā de mente ¶ Aui. 4º. can. fen. tertia ca. de perforatione exiturarū. ubi dicit. Hec perforatio. s. ante maturationē est generatiua uirus sordicici & fistularū ¶ In cōtrariū ē Rasis 2º cōtinētis ubi dicit auctoritate Pauli. In apostematibus que sunt in angulo. i. lachrimali. nō ē expectāda digestio. ꝛ uelociter incidant̄ licꝫ sint indigesta. ¶ Dicēdū q̄ in apostematibus lachrymalis cū nō curātur fortibus dissoluētibus & uidenť in uia saniatiōis. priusq̄ cōpleatur maturatio ē fienda incisio. Ratio est qa in his apostematibus per cōplementū sanationis timeť fistula. sicut etiā in apostematibº ani. & ideo festinari oꝫ ad īcisionē. Vñ Iesus Haly. Oportet medicare istam egritudinem ante maturatiōem eius. si nō. autem fit fistula Et iō subdit. melius ē curare cum ferro & nō expectare maturationē. ¶ Ad cōtraria dicēdū primo ad primū qđ q̄dā exiture extrinsece ante maturationē apiunt̄. ut Auic. ponit 4º. can. fen. 3ª. caº de cura exiturarū. & caº de aptiōe exiturarū. ¶ Ad secūdū dicēdū qđ licꝫ medicus sequat̄ naturā. tamē eius defectū supplet ¶ Et cū dicitur qđ aptio ante maturationē auget dolorē. ¶ Dicēdū qđ magis diligimus augumētū doloris & caloris q̄ cōuersionis in fistulam. ¶ Ad tertiū dicēdum qđ iste textus habet uarias expositiones. principaliter tamen sic exponiť qđ Aui. loquit̄ ibi de eruptiōe āte maturationē. ad quā sequit̄ multa magnifica tio apostematis. Vnđ cogimur uti euaporatōe cum lentibus. ¶ Vel aliter qđ intelligat qđ talis pforatio perducit ad fistulam. qa multū errant medici circa eā. & maxime i medicinis ponēdis post apertionem ¶ Et ideo gratia huiº dubitat̄. utrū facta aptione exitur̄ oculi anteq̄ sit matura debeas in loco apto ponere medicinas exicatiuas & resolutiuas fortes. sicut mirrā aloe uitriolū & similia an medicinas q̄ cōpleāt maturationē. sicut est mucilago fenugreci. an medicinas absterſiuas. sicut mel Videtur qđ primo debeamº ponere medicinas maturatiuas & postea absterſiuas quia per eas materia que stat in labijs uulneris adaptabit̄ & cadet in cupuꝫ faciliter. & sic cuꝫ absterſiōe faciliter mundificabit̄ quēadmodū cōsentit A. 4º can. fen. 4ª caº de qualitate ligādi uulnera cuꝫ dicit Inquit ille qui iā preuidit in expiētia Scias qđ uulnera indigēt ut fiat sanies in eis intus si posibile ē ad hoc ut penetrēt cū ea. reliqua que sunt illic meliora & uelocioris alterationis simul Est ergo mens Auic. consentientis illi. qđ quādo i uulnere generatur sanies melius & facilius purgātur & alterantur. & sic facilius fit curatio. ¶ Amplius si ex ista maturatione nō timeť fistula. bonum est eam facere. sed sic est. quia quando materia illa saniatur ipsa nō conculcatur nec retinetur. qa cutis est scissa & facta ē bona aptio. ¶ In cōtrariuꝫ sunt auctores medicine omnes. Nā p̄mo ipsi precipiūt fieri incisionē ante maturationē & post istā icisionē docent implere uulnus cū medicinis siccis & illic apponere. Vñ Rasis 2º cōtinentis. dicit. Incidat̄ & desiccet̄ & subdit

Super tertio libro Canonis Avicennae. Receptae super prima parte quarti libri ... - page 306 sur 455

Desiccet cū medicinis desiccatiuis & ꝑcipuū est uitriolū puluerizatū & superpositū & aloe & cortices thuris. ¶ Dicendū ꝙ post aptoꝫ ante maturatioꝫ nō debem⁹ ponere medicias maturatiuas. iꝫ exiccatiuas & resolutiuas. hᵒ apparet generaliter in apostematibus alijs q̄ cogimur ante maturationē appire. ut Aui. ponit 4ᵒ. can. ca. de cura exituraꝝ cū dicit. sequatur illud medicinis que sunt i ultimo. resoluti onis & exicatōis. Appꝫ hic specialiter i apostēa te lachrimali. de itentione Rasis preallegata. Et huius ratio ē. qa ista icisio ante maturatio nē apostematis lachrimalis fit ad fistule phibitionē timendo ne sanatio sit causa corruptionis partiū. sed si facta apertione ponerent me dicine sanatiue. tūc ēt illa sanies partes corrū pēdo cōuerteret passionē ad fistulam. Debent igit̄ poni medicie exicatiue & resolutiue que materiā exicēt ēt simul cū carne uel cum bonis humiditatibus & ex hoc fiat phibitio fistule. ¶ Ad cōtratium dicendū pᵒ ꝙ ille sermo expi mētatoris illius uerificatur apud quosdā in uulnere cū cōtusione. Vel aliter ꝙ uerificat cū nō est timor de fistula. ¶ Ego aūt fateor me nō potuisse curare ulcera quedam uirge cum medicinis exicatiuis. q̄uſq; ñ operar⁹ suꝫ cū sanie generantibus. q̄ saniando materias stantes in labijs adaptauerūt ea. uł eas expulsioni. & hᵒ fuit factū estimatiuo iudicio. ¶ Ad zᵐ dicēdū q̄ materia illa sanies facta itus in potis ptiū illaꝝ. & cū ipsa sit sanies corrumpit ptes anteq̄ mundificet. Si autē nō potest ꝓhiberi saniatio festinet abstersio q̄tum possibile est.

¶ ET EX MEDICINIS AL GARAB. Hic ponit medicinas que competunt in fistula magis antiqua. & cū hoc medicinas magis experimentatas que nō sunt multū i siccitate excedētes. & cū hoc remittit nos ad quintū libꝝ & ad secūdū. Et habet partes septē sicut septeꝫ ponit medicinas. ¶ Sed diceret quis qūo Aui. docet curare fistulā antiquā cū medicinis. cū tñ supra dixerit q̄d curatur cauterio. ¶ Dicēdū q̄d fistula antiqua licet curet cauterio. sicut precipuo medicamine. tñ cū hᵒ ēt curat medicinis. Vel aliter q̄d fistula antiqua est duplex. Vna que non corumpit os. & ista curatur medicinis. Alia que corumpit os. & istius cura ē cauteriū. Prima istarū medicinarū est ꝺ uiride eris cōagulato. i. inspissato cuꝫ bdelio et armoniaco. & istud medicamē est illd q̄d presentes opatores uocāt diebardich & est dictū supra. ¶ Secūda istaruꝫ medicinaꝝ ē mes masticatū De ista medicina mꝛtā iuenio diuersit atē. Nā cōiter exponit̄ mes. i. legumē q̄d dicit̄ robilia & uocat̄ ab Aui. meisce. Sed q̄d robilia uł aliud legumen habeat istā ꝓprietatē ego nō i uenio Ieſus Haly. loco istius textus hꝫ sic. dicitur q̄d ex ꝓprietate crisomiloꝝ ē q̄d quādo masticant̄ & ponūtur desup curāt. Et littera exterior exponit crisomiloꝝ. que dicūtur arabice mes fructus ē. In 2ᵒ cōtinētis. in fine capituli de algarab. scribitur iste sermo Aui. sic. idiani. i. indi dicunt q̄d masticatō mesch supposita apostemati angulo⁊ hēt ꝓpetatē mirabilē & iuenio q̄d mesch siue mescha siue meschata ē diptamū. Hoc autē posset multū cōferre per uirtutē quā hꝫ fortiter calefactiuaꝫ & exicatiuā. Est eni calidū & siccuꝫ i 3ᵒ. ut Aui. cᵒ ꝺ mes chatrameschir. i. diptamo. ¶ Tertia medicia ē sola mirra que ē calida & sicca i 2ᵒ. Et dic̄ i 2ᵒ Aui. Existimauerūt q̄d ā. s. Rasis 2ᵒ cōtinētis & dicit ibi. q̄d hᵒ experimētuꝫ accepit a q̄daꝫ suo amico de quo cōsidebat. ¶ Quarta medicia ē. Bꝛ. uenaꝝ. i. celidonie partē. i. ameos & c̄. ¶ Quita medicia est de fortibus medicis & ē puluis ex limatura eris. alumie & sale armōiaco & hꝫ ui fortiter exiccatiuā & cōsumptiuā carnis corrupte. Et iō magis confert in fistula cronica. Vnde 2ᵒ cōtinētis in principio capituli de fistula lachrymalis. auctoritate Gal. Medicia q̄ fit cū limatura eris sale armoniaco & alumine curat fistulam angulorū. & ē medicina acuta. & habetur in caᵒ de eradicatione carnis. ¶ Sexta medicina ē multū exiccatiua & patꝫ. ¶ Septia medicina ē ex aloe & cortice thuris fortiter exiccās. Dixit aūt. corticibꝰ thuris. q̄a cortex thuris fortius exiccat q̄ thus. ut appꝫ caᵒ de olibano. Et cōsydera. hic remittit nos ad q̄ntū librū. ubi iuenies uaria unguenta. & ꝓprie unguentū de uiride eris in cura istius. & cōmendatur in hᵒ unguentū egyptiacū. zᵐ Mesue. Et in 2ᵒ hᵒ cōsydera aureolas oculoꝝ

¶ CVM AVTEM. Hic ponit curā fistule q̄do peruenit ad corruptionē ossis. Et prio ostēdit a quo est incipiendum in cura 2ᵒ cum quo est ꝓcedēdū. ibi 2ª. & eius quidē regimē. ¶ Cō syderandum circa primā partez q̄d tria sunt signa quibus ossis corruptio cognoscat̄. Vnum q̄d cura cum medicinis nō iuuat. Ex hoc enim suspicamur maliciam in fundamento ossis. & hᵒ innuit Aui. cū dicit. Et nō iuuat medicinis ¶ Secundū signū. summit̄ a tactu. q̄a tāgēdo os cum tēta si inuenitur. asperū ē coruptum ut Rasis. 2ᵒ continētis & Ieᵒ. Haly i hᵒ caᵒ. ¶ Tertiū signuꝫ est nigredo. ut ponit Auic. ¶ Secūdo considerādū q̄d cuꝫ ista fistula que sequitur os. s. coruptū nō posit curari nisi corrigatur malicia ossis. Primū q̄d oꝫ facere. est scidēt donec preueniat̄ ad os & detegēt̄ a suo iteriori. i. ꝺtegere i ꝓfundo a suo interiori. i. a paniculo q̄d regit os. s. assummere carnem mortuā si fuerit. i. euellēt̄ et āputare eā In hᵒ

& dixit hec duo quia siccitas quedã ẽ qualitati ua & quãtũ ad hãc dixit exicatio.quedã ẽ ma terialis & dixit siccitas uel quedã ẽ qualitatiua sine materia uel cũ materia.& dixit.exit exicca tio.quedã est per hũidi corpulenti consũptionez & dixit siccitas.uñ littera exterior esset i senib⁹ est exicatio qa senũ exicatio ẽ p consumptionez hũidi.licet sit ẽt qualitatiua Et ide littera exte rior ad utrũq; potest se referre.s.ad exicationẽ & siccitatem.Ad exicationẽ autẽ & siccitatẽ cõ sequitur nigrificatio & corrugatio.& iõ subdit. & nigrificatio & corrugatio accidẽtes eis.s.exi cationi & siccitati.uel eis.i.partib⁹ oculi.& pro prie & ẽ. ¶ Est dubita⁹ utrũ cornee siccitas fa ciat accidere nigrificationẽ.Vẽ qđ nõ.qa siccitas perducit ad claritatẽ & albedinẽ consumendo humidũ & faciendo ingredi aerem.ut supꝛ dice batur trac.z⁰.ult.c⁰.& iõ oculi senũ fiebant al bi.sicut segetes exicate post uiriditatẽ Itẽ simi le uidet de uuea & cornea.Auic.cõcedit hoc hic. sz uuea ex siccitate albescat.ut patet supra cap⁰ preallegato.g⁰ & cornea. ¶ In contrariũ ẽ.A. ¶ Respondeo dupliciter.Et ꝓmo qꝺ siccitas uel exiccatio cornee est cã nigredi is ut ꝓbatum ẽ & tũc littera que dicit nigrificatio.ẽ corrupta uicio scriptoris.quia uult dicere rugrificatio.i. rugarum factio & p.i.corrugatio.Et forsan qꝺ in lingua arabica rugatio & corrugatio sigñficãt alios mõs rugarũ.et hec expositõ concordat cũ lr̃a.A.exteriori q̃ solũ põit qꝺ accidit corruptio supficiei.& non dicit qꝺ accidit nigredo.Vnde di cit.& accidit eis.ꝑprie.s.uuee & cornee corrup cio supficiei.Vel possum⁹ dicere qꝺ siccitas coru gando nigrificat.Naz quãdo supficies oculi seu corporis illuminabilis ẽ equalis plana tersa tũc recipit bene lumen et reflectit et apparet lucida. sicut uidemus de speculo slãte in umbra teriata ad aliquod membrum lucidum.quando autem superficies ẽ inequalis.tũc nõ appz lucida.sicut uidemus de aliis corporibus slãtibus ibidẽ.ita ponit.Costaben philosophus in libro de uisu & uisibili dicens.Illuminant autẽ & alia que sunt in umbra a luce remota sed nõ eque ut speculũ aut qđ planã & humidã habet superficiẽ.Naz humidũ sit ex aqua.& quia humiduz necesse ẽ ut sit planũ.ide est qđ i eius superficie non sunt ẽminẽtie que umbrã efficiunt.Idẽ põt sumi ex 5⁰ de generatõe aialium ca⁰ z⁰. ¶ Sed tu dices quomodo in umbra & illuminatur aliquid cũ sit priuatio lucis. ¶ Dico qđ secundum comẽ tatorẽ perspectiue umbra & tenebra differũt qa tenebra ẽ priuatio lucis & nõ umbra. ¶ Ex quibus apparet qđ siccitas cornee corugãdo su pficiẽ est cã ũbre siue nõ rutilatõis nec resplen dentie.& sic nigrificat. ¶ Ad primã ratõem di co qꝺ hec nigredo nõ ẽ aliud quaz priuatio ẽsplẽ dentie que põt esse i corporibus albis sicut cor pora nigra possunt apparere alba puiã resplẽ cẽtie.ut pz i cornu nigro terso & lucido. ¶ Ad secũdã dico eodem mõ.Vel dico qꝺ uuea q̃tuz ad partẽ extrisecã uersus corneã p siccitatẽ & ru gas apparet nigra propter cãz dictã sed quãtuz ad partez itrisecã p siccitatez fit alba & hec so. requireret aliã inuestigatõez. ¶ Quarta cã est corruptio superficiei eius.s.cornee. ¶ Est scien dũ quod licet sint alie cause corrũpẽtes superfi ciẽ.tñ de eis iam dixerat & adhuc dicet. ¶ Se cundo ẽ sciendum quod hic duplex littera reperi tur.Prima que dicit propter impressionem.qa ulcera occulta & manifesta iprimunt i supficie cornee.& corrũpũt eã faciẽdo ipsaz inequalẽ.& ẽt colorãdo.ut posuit supra tractatu z⁰ Secũda littera dicẽ pp ispissatiõez.qa i loco cõsolidatiõis ulceris fit q̃dã inspissatio p generatiõem noue ptis.& ex h⁰ fit icq̃litas supficie cornee q̃tũ ad substãtiã & colorẽ.& hec omnia patẽt supra trac.z⁰ ¶ Quita cã ẽ remotõ puietatis ex obtal mia diu tollerata. ¶ Est sciẽdũ qđ obtalia põt sumi hic ꝑ apostemate cõiunctiue.qđ p cõitatẽ põt ledere corneã.põt ẽt sumi p apostẽatibus cornee.quomõ uero auferrãt puietatẽ ẽ notum. Multis eni mõis pñt h⁰ facere. ¶ Sexta cã est color extrane⁹ citrinus.ut i yctericia.& reb⁹.ut in tarfati.de q̃ supra loq̃ẽ tra.z⁰.itrans eã.s.cor neã. ¶ Septia cã ẽ denudatio coloris naturalis. & prio põit cãz.z⁰ r̃mouet dubiũ.ibi z⁹.& qñz patet. ¶ Est dubiũ.utꝝ ꝺnudatio coloris a cor nea sit cã debilitatis i uisu.Videt qđ nõ.qa cor nea nõ dz eẽ alicui⁹ coloris.g⁰ ꝑuatio coloris nõ ẽ cã defectus in uisu. ¶ In cõtrariũ ẽ.A. Dico qđ zm rei ueritatẽ cornea nulli⁹ dz eẽ coloris ue ri & actualis.sz dz eẽ dyafana nõ quacũq; dya faneitate.sz solida dẽsa.sic ẽ dyafancitas cornu lucidi & huiusmõi.dyafaneitas ẽ mixtũ ꝓpinq̃ albo.& iõ cornea accepta ab oculo appz quasi alba.Vñ Aꝝ.i 5⁰ de generatõe animaliũ ca⁰ z⁰. dicẽ.qđ pellẽ oz i pupilla esse albã.cũ g⁰ ei⁹ al bedo.i.dyafaneitas denudat remouetur .quia sz nimis rarificatur & remouet densitas.tunc lumẽ uicit stati i uisuz.et resoluit siue disgregat spiritũ uisibilẽ.& h⁰ ẽ qꝺ.A.dicẽ.addit.puietatẽ .i.auget suã trãsparẽtiã remouãdo densitatẽ & soliditatẽ.& ifirmitudinẽ.al⁹ firmitudinẽ.i.facẽ eã firmiter pati.qa quãto patiẽs ẽ magis passi bile.tãto firmius ẽ i patiẽdo.& iõ dixit addit firmitudinẽ ad h⁰ ut lumẽ uincat uisum.i.firmi ter facẽ qꝺ lumẽ uincat uisuz & sepet i. resoluat uel disgreget spiritũ uisibilẽ. ¶ Alij tñ hũc pas sum exponẽtes dicũt qđ littera ẽ corrupta. qa ubi dicẽ cornee uu't dicere uuee q̃ dz habere colo rẽ celestinũ. ¶ Ad cõtrariã ratiõez patet solutio ¶ ET QVANDOq. Hic remouet dubiũ.& ẽ

tale. Iam posuerat inter cās debilitatis uisus & nocumenti eius mōs malicie cōplexionis humi de & sicce. & modos male complexionis calide cum locutus erat de tictura colore in yeiericia & sanguinis in tarfati & inuerat qđ isti mōi malarū cōplexionū fiebant a causis intrinsecis Modo est dubitatio si possunt fieri a cā extrise cis ꝓnđet qđ sic. dicēs quādoq; accidūt exiccatio & calefactio. s. mala cōplexio sicca & calida pro pter firmā coherētiā aeris. & luminis cū humo rib⁹. s. oculi. hec aūt firma coherētia ē firma & continuata adherētiā oculi. ad aerem luminosu; sicut accidit multū uigilātib⁹ & multū stantib⁹ cū ocul' aptis corā igne. & i aere calido. Ex his .n. cōuenit exiccari & calefieri humoēs oculi & corneā ¶ Est dubitatio quare superius enu me rādo malas cōplesiones accidentes substātie tu nice nō expressit de frigida cōplexione. Dico ꝙ cā est quia minus accidit. ut posset declarari. ex dictis supra ca⁰ de obtalmia. Vel dico quod si cut ponit permutari colorē cornee ex colera uel sanguie qui sunt humores calidi. sic ēt ex ph̄ate qui ē hūor frigidus. & etiā ex melācolia. ¶ Se cūdo est dubiū quare ponēdo malas cōplexiōes cōtingēres ab aere ponūt siccā & calidā & n̄ hu midā & frigidā. ¶ Dico qđ cā ē. qa ut pluri mū aer illas imprimit. Vn̄ Aui. in z⁸ primi i ca⁰ de naturis tēporū anni. dic̄. Aer eni nos cōtinēs i oib⁹ resoluit dispositiōib⁹. AVT SEPERA tio. Hic pōit octauā cām. Vl' possz' dici qđ p⁹ q̄ posuit cās debilitatis & nocumēti uisus. q̄ sunt morbi cōplōales & annexi. ¶ Hic pōit cās q̄ sunt morbi solute cōtinuitatis. & dic̄ aut. s. cā đ bilitatis & nocumēti uis⁹ & ē. ē sepatō. i. solutō cōtinuitatis. eap. s. tunicap ut uuee & cornee p pter corrosiōez. Et ex h⁰ cōtingit qđ lumē non penetrat gradati i eis. s. tunicis. imo subito. pene trat ad glacialē ꝓpter albugineum & penetrat integre. i. nō refracte uel remisse ut dz. qa pars tunice q̄ ē dilarata & aperta ꝓpter solutionem cōtinuitatis nō pōt tenere uel gradare lumē. & ꝓprie qn̄ ps ei⁹ ē pdita p corrosiōez. & iō dixit ꝓpter corrosiōez ¶ Est sciēdū qđ lumē dz gra dari penetrare ad glacialē per cornēā & uueam simil'r dz ista obsistēs dbite. Cū g⁰ fit soluta cōti nuitas tūc nō gradati penetrat. ¶ Ex q⁰ patet qđ solutio cōtinuitatis i cornea pōt dici morb⁹ solute cōtinuitatis ut patet. & pōt dici morbus quantitatis q̄tum ad profunditatem .qa rupta aliqua tunica cornee non est sic grossa sicut dēt imo ē subtilior. & hoc intuit littera exterior q̄ dicit. aut subtilitas earū. AVT PROPTER. ortum. Hec pars pōt pluribus modis introduci ut ex premissis patet. Dicemus g⁰ qđ hic ponit cās đbilitatis & nocumēti uis⁹ que sunt morbi complexionis. uel in numero. sicut ungula. uel in tia. sicut febel. Q tu uero sint morbi isti & qua rum speciērū declaratū est supꝫ in trac. z⁰ ¶ Est sciēdū prio ꝙ nec ūgula nec febel nasciť sup uuea sed sup cornea immediate. & ipa mediate pōt dici sup uuea. & iō dixit sup eas. ¶ Secūdo ē sciendū ꝙ ex omnib⁹ dictis superius pz ꝙ ex cāis quedā sunt que in debilitādo uisū magis apro prianť cornee q̄ uuee sicut corruptio supficiei ex ulceribus & remotio peruietatis & coloratio et denudatio coloris naturalis. Et iō semper Auic. dixit in numero singulari eius. quedā uero sūt cōes cornee & uuee. sic̄ mōi malarū cōplexionū excedēt̄iuz ut sequať corrugatio. & sic̄ solutio cōtinuitatis. Et ideo. A. dixit de uuea & cornea. & dixit seperatio eaꝝ i numero plī. Hic tn̄ eēt locus mlte cōsyderatiōis. AECIDENS aūt. Hic determinat de debilitate & nocumēto uis⁹ q̄ sunt cā trāsit⁹ & ꝑ uiā foraminis. Foramē aūt & trāsit⁹ sunt i uuea. & iō enumerat morbos foraminis uuee q̄ morbi sunt cōstrictio dilatio & opillatio integra ꝑ n̄ integra. & remittit nos ad ꝓpria ca⁸. ponēda ifra singulari. aꝑhz sigilatim ¶ FACTA AVTEM ꝓpter humores. Hic đter minat de causis nocumēti & debilitatis uisus ꝑ pter humores & tria facit ut tres sunt humores ibi z⁸ & ex albuginio ibi. 3⁸. nocumētū aūt patz ¶ Est dubitatio utrū cāe debilitatis uisus ex parte humoris cristalini sint sufficiēter assigna te. Videtur qđ nō quia alie sunt egritudines cri stalline que possunt nocere uisui sicut permuta tio situs in ea. & permutatio in quātitate & co lore & i cōplexione. ut. Azaranius ponit in ca⁰ đ moribus cristaline. & Ieſus trac. 3⁰ ca⁰ 3⁰ & Ra sis in secūdo cōtinētis cū enumerat morbos cri stalline ¶ In cōtrariū Auic. ¶ Dico prio qđ i grossatio & subtiliatio cristalie uisuz debilitāt impediēdo delationem luminis super se .i. su per cristalino diuersimode tn̄ impediť delatio lūuis a grossicie cristallini & a subtilitate. gros sicies eni ipedit. qa non pmittit irradiari pfecte ut requirit cristallina. sz subtiliatio impedit. qa irradiatio disgregat et cristalina n̄ tolerat radiū ¶ Sed cōtra. qa albugineus ē subtilior quacūq; cristallina & n̄ tollerat. ¶ Dico qđ sic̄ est ali⁹ hūor cristallin⁹. q̄ albugine⁹. iō aliter & aliter tollerat lumē ad. tollerandū ergo lumē cristalini requiritur talis substantia quā si non habeat le ditur ¶ Ex quo patet uerificatio duplicis littere que hic reperiť. primo ei⁹ que dic̄ luminis et co loris luminosi. qa cuz color nō possit uideri sine lumine ut pz z⁰ de aia. siue lumē solu⁹ occurrat uisui siue occurrat color luminos⁹ impediť delatio eorū ad cristallinā z^m dictos mōs. Fi⁹ ēt lr̄a q̄ dicit luminis & coloris luminosi quia cristalia recipit aliquid ab extra ut dictum ē quia lumē sine quo nō cōuenit uidri. Recipit ēt a cerebro

ralem siue spiritum uisibilē. qui etiam dicitur luminosus. ut patet i lib⁹ de uirtib⁹ cordis. c° z°. grossicies uero cristalline & subtilitas i debita non solū phibent delationem luminis & uisibi liū exterioꝝ. sed etiā phibet delationem debitā spiritus uisibilis luminosi. qui debet. in cristalia recipi. sicut in particula principali. Nam multa grossicies cristalie nō permittit spiritū uisibilez i eā penetrare uel i eā habūdāter recipi ¶ Multa aūt subtilitas nō permittit spiritū uisibilē in ea figi et cōtineri q̄tū uel sicut debet & iō dixit sit ipeditus a dalatione luminis. & caloris luminosi super se. ¶ Dico z° quod Auic. enumerando istas dispositiones cristalie dedit alias itelligere. Per hoc enī q̄ dixit ingrossat uel subtiliat itellexit omnē modū male complexōis. s. calide frigide sicce & humide. ex quibus pōt prouenire ingrossatio & subtiliatio. ut supra declaratū est in quadā questione. Et ex hoc pōt prouenire ocumētū q̄titatis. Alias uero egritudies cristalline. s. de mutatiōe situs dedit itelligere ex ea° d̄ starbositate. Et egritudies & dispositiōes caloris. Aui. ēt dedit intelligere ex his q̄ dixerat de mutatione coloris in carnea i ystericia p̄tarfati. Et forsaz p h° q̄ dic̄ mutat̄ ab essētia sua equali itellexit. A. omnē mutatiōez a sua equalitate exēplificauit aūt solū de subtiliatiōe & ingrossatiōe. qa frequētius accidūt. ET EX albugineo. Hic ponit cās debilitatis & nocumenti uisus appropriatas albugineo. prio facit hoc. x° declarat q̄d dixerat. ibi z^a. uapores enī. ¶ Est dubi° si sufficiēter sunt enumerate cāe debilitatis uis⁹ & nocumēti ex pte albuginei. Videt̄ q̄d nō. qa pōt debilitari uisu⁹ ex ei⁹ paucitate & multa subtilitate. ut patet p. Iesuz trac. 3° ca° z°. Pōt ēt fieri ex ei⁹ quadā coloratiōe & m̄ltis cāis ibi positis In cōtrariū ē. A ¶ Dico q̄d A. hic ēduē has cās ad tres. dans itelligi aliis. ¶ Prima cā ē q̄titas supfl⁹a sua. & ex h° minorat̄ ei⁹ puietas. qa nō sic pōt illuminari. ut declaratū ē supra trac. z° ultio c°. ¶ Secūda ē eius ingrossatio. & ex h° nō ē ita puius & illuminabilis. qa ingrossatio siue cōdensatio minuit de puietate. ut p̄z. sz qn̄ simul accidit. q̄d albugine⁹ m̄ltiplicat̄ & cū h° ingrossat̄ tūc ꝓprie minorat̄ ei⁹ puietas. Et cōsydera q̄d p has duas cās. A. dēdit itelligere duas alias cās oppositas. ut multaz subtilitatē albuginei. uñ min⁹ uincit̄ & disgregat̄ a lumine & paucitatē ei⁹. uñ ēt uincit̄ a lumie. & nō fit gradatio ei⁹ ad cristallinā. & cū simul cōiūgūt̄ paucitas & subtilitas albuginei. tūc fit d̄bilitas i uisu. qua nō pōt ei⁹ lumē tollerari. Per has ēt cās. A. dedit itelligere mōs mallaꝝ cōplexionū calidaꝝ. frigidaꝝ siccaꝝ & hūidaꝝ. ex qb⁹ albugine⁹ ē possibilis ingrossari & subtiliari & m̄ltiplicari & paucificari. Humidū enī multiplica & frigidū ingrossat albugineū. sic̄ & sic cū paucificat. Et potest dici ꝓ aliquo modo potest subtiliare consumendo uapores ingrossatos. Calidū autem subtiliat. & posset ingrossare. & tu per te considera & cōbina. ¶ Tertia cā est humiditas & uapores q̄ ei cōmiscent̄. licet iste cāe possint solum ēt poni due. Nā iste humiditates & uapores possūt duobus mōis impedire uisum. Vno mō sola pmistione capiēdo locū in albugine posito q̄d nullo mō permutarēt paruitatē albuginei. Nā uisibilia secundū partes secunduz q̄s occurrunt humiditatib⁹ et uaporib⁹ illis ñ possunt debite repr̄esentari ipsi cristalline. quia iste humiditates & uapores nō sunt debitū mediuz & q̄tum ad hoc dixit qui permiscent̄. Alio mō possunt uisum impedire. s. eū alterando albugineū. & permutādo eius puietatē. & ñ ē ex h° dubiū q̄d uisus ex hoc noceat̄. & q̄tum ad hoc dixit. aut mutāt alterantes eius puietatez. et dedit intelligi p; causam hanc alias cās debilitatis & nocumēti. uisus ex parte albuginei. que causę sunt mutatio coloris in eo ¶ VAPORES. Hic declarat q̄d dixit. & declarat duas partes. z^a ibi & oia grana. In pri^a arguit sic. fumi & uapores extrinseci eueniētes oculo. siue occurētes nocēt ei. s. oculo uel albugineo. g° multo magis intrinseci ante edēs pz ad sensuz consequētia pz. qa ime diatius intrinseci fumi possunt alterare et miscere ptibus oculi ut albugineo q̄ extrinseci q̄ occurrunt mediate cornee. & ēt palpebris. sed in quo differāt fumus & uapor supra dictū ē. Secūdo Auic. inducit signū. qa omnia grana. i. legumia inflatiua. sic fabe faseoli. et huiusmōi. uaporosa. i. qa sūt uaporosa gratiāt uisū. g° uapores gratiāt uisum hec declarata sunt intrac. p° i ca° d̄ conseruatione sanitatis oculi. NOCVMentuz. Hic ponit causas debilitatis & nocumēti uisus appriatas humori uitreo & in hoc duo facit. p° pmittit. z° declarat. ibi z^a. imo nō nocet. ¶ Dicit primo q̄ nocumentū q̄d aduenit uisui ex uitreo non ē primitiuū. i. principale imediatū siue p⁹se unde hoc mō q̄nq̄ summit̄ p̄mitiuū ab Auic. ut cōtra distinguit̄ nocumēto p cōitatē. ut pz infra fen i9. trac. z°. c° de difficultate urine. cum dicit q̄ causa difficultatis urine in meatu. uel ē p̄mitiua sicut opilatio facta in eo. ul' est p cōitatem & hoc patet ex sermone quē hic subdit. A. imo nō nocet. Nā ꝓbat q̄d nocumentū in uisu factū a uitreo ñ sit primitiuū sz p cōmunitatē arguit sic. nocumentū factū in uitreo nō nocet uisui. nisi inquātū nocet glaciali. i. cristallino. g° nocumētū q̄d ex eo aduenit est solū mediatū. & per cōitatē siue per accidēs apud medici consideratione. cō sequētia pz. antecedēs sic in littera declaratū. qa ostendit qūo uitreus nocet glaciali. qa conuertit esset. ā glacialis a sua equalitate. Et cā hui⁹ ē

qa uitreus deffert ſibi nutrimentū non bonum
qñ i uitreo ē nocumentū. Eſt dubitatio utrū
nocumentū factū in uitreo ſit cā debilitatis uiſ⁹
imediate & per ſe preter hoc q nocumentū cōi
cet criſtalline.uidetur q ſic primo p Ieſum Ha
ly.trac.3°.ca° 9°.ubi oſtendit egritudines ppri
as de alteratōe coloris ſubſtantie qualitatis.&
de ſolutione continuitatis. Secundo probatur
ratione ſic.ſi delatio ſpecierum uiſibiliū ad locū
iudicii fit per uitreum humorem ſua mutatio i
naturalis uer.ḡ in ſubſtātia uel colore unde p
dat peruietatē eſt imediata cā debilitatis uiſus
ſed ſic ē qđ dlatio ſpecieꝝ uiſibilū fit p uitreū
ergo & ē.maior patꝫ qa per hoc dicim⁹ qđ nocu
mentū factū i cornea uel albugineo ē primitiuū
& per ſe quia ſit in parte delatiua ſpecierū mi
nor pater.ſuppoſito qđ uiſio fiat in cruciatione
neruorū ubi fit unitio duarū ſpērum duorum
oculorum ut ponit A.in 6° de naturalib⁹ parti
cula 3ª ca° 7° & ut pōit cōmentator pſpectiue
Apparet ergo qđ ſpecies portentur per uitreuꝫ
ſicut per mediuꝫ. Item nocumētū factū i pti
cula magis principali pro uiſu eſt nocumentuꝫ
magis principale.ſed nocumentum factum in
uitreo eſt factū in particula magis principali.qđ
probatur.quia mediū defferens quāto ē ppin
quius loco iudicii tāto debet eſſe perfectius qa
ſpēs gradati aſcendit ad maiorē perfectōēꝫ ima
terialitatis ut inducaſ.Sed humor uitreus ē im
mediatior loco iudicii.ſ.ppiquior cruciatōi ner
uorū.g° principalior erit.g° nocumētū ſuū erit
pricipale ſiue p̄mitiuū. In cōtrariuꝫ ē Auic.
In hac q̄ſtiōe ē ambiguitas.qa p̄ſupponit q̄
ſtiōēꝫ aliā.ſ.ubi fiat uiſio.Et ēt cadit i ea fortis
dubitatio de mō.portatiōis ſpecieꝝ a criſtallia
poſteri⁹.Et ſignū difficultatis ē qa Gal.i 4° de
accidēti & morbo p°.ca°.tacuit modos nocumē
torū i uiſu pueniētiū a uitreo.& plixe pſcruta
tus ē nocumēta ex albugineo.Similiter Halyab.
in 6° theo ca°.xi.tacuit & in nono p̄ctice.Raſis
ēt cū m̄tis aliꝭ i libro 2° cōtinētis ſuperficialiter
ptrāſit.A.aūt audacter ptulit qđ nocumētū a
uitreo factū ñ ē pricipale ſꝫ p cōitatē ad criſtal
linā. Dico igit ad q̄ſtionē duo.Prio qđ ſi ui
ſio fiat in criſtallina nocumētu factū i uitreo nō
ē p̄mitiuū.Rō ē.qa ſi humor uitreus nō pōt
nocere.uiſui.niſi cōicet nocumētū criſtalline g°
nō pōt imediate nocere.ſꝫ ita ē.qa ex quo uiſio
cōpleť i criſtallina & nō poſt eā g° uitreus nō
pōt ipedire uiſionē q̄ nō fit nec i eo nec poſt euꝫ
uerſus cerebrū.Si g° uitreo accidat nocumētuꝫ
tūc impediret uiſuꝫ qñ ex h° nocebiť criſtallina.
Ex quo pꝫ qđ ñ ſolū huc uerificať de uitreo.
ſꝫ ēt de aliꝭ ptib⁹ ſtantib⁹ poſt criſtallinum.ſ.
ſecūdina & rhetina.Iſte eni non ipediūt uiſum
niſi uia cōitatis ad criſtallinā i q̄ fit uiſio ſicut
in pticula pricipali.Et h° forſan uoluit ſup⁹ di
cere Auic.cū dixit.debilitas.& nocumētū ppter
tunicas p̄m ē ppter tunicas extrinſecas ſiue p
fūdis q̄ſi dicat tunice extriſece.ſ.cornea.& uuea
p ſe poſſunt ledere uiſum.ſꝫ tunice intrinſece.ſ.
rhetia & ſecūdina ñ ledūt niſi p modū cōitatis.
Et in iſtis.mōis ſequitur.Cōſtantinus.A.in ſuo
lib° đ oculis 6° ca° ultimo dicēs miniſtri uiſus
ſunt hūores pāniculi.& ſpūs.q i ocl⁹ hnt ſꝫ tñ
qdā horū.naturaliter uiſui nocēt hi.uidelꝫ qui
ante criſtalinā ſunt.& quidā accidentaliter ut illi
qui ſunt poſt criſtalinā.eſt.Sꝫ cōtra predicta ar
guitur qa uidetur eodē mō qđ nocumētū albu
ginei &.cornee nō poſſit eſſe primitiuū i đbili
tate uiſus nam cuius nō ē primo & p ſe habit⁹
eius nō eſt p° & p ſe priuatio illius.Sꝫ uiſio ñ
eſt p° & p ſe albuginei et cornee.ſꝫ criſtaline.g°
& ē.hoc g° qđ eſt non uidere uel debiť uidere
ppter corneā & albugineum compabitur ipſi
criſtalline.nec erit cā imediata albugine⁹ nec cor
nea.ſꝫ aliqua diſpō in criſtallina ſequēs ad nocu
menta albuginei uel cornee.que diſpō adminus
erit priuatio eius qđ dēt recipere de ſpē uel de
lumine.Hui⁹ ratio ē ſatis difficilis.tñ ſufficiat
ſic fugere.q aliter impediť criſtallina cū deficit
uđbilitať uiſ⁹ ex albugineo et cornea et aliter
cū debilitatur ex uitreo.qđ eniꝫ debilitas fit in
uiſu ex uitreo.tūc patiť criſtallina p comunitatē
recipiē do aliquā diſpoſitionē corporalē.Vñ.A.
dicit Cōuertit eius eſſentiā ab equalitate ppter
cibum non equalē.ſed quādo fit debilitas ex al
bugineo.uel cornea phibēt⁹ uel impediētib⁹
delationē lumin⁹ & ſpecieruꝫ.tunc licet debili
tas hec principaliter debeať criſtalline & imedi
ate.ſicut imediato principio in uiſu.tamen non.
quia recipiat diſpoſitionem corporalem.ſed qa
non recipit quidā extrinſecū uel cām p̄mitiuam
quā debet recipre.ſ.lumen uel ſpēm.Hic tñ eſ
ſent aliq̄ difficilia & alij modi dicendi.Et cade
ret dubitatio utrū quādo uiſio mala fit ppter
uapores in albugineo..ſ.cū apparēt fantaſie.đ
beat dici morbus criſtalie uel albuginei.hec.ob
mitimus .propter prolixitatē.Apparet g° ex p̄
miſſis qđ medicus habet ponere nocumētū ui
ſus factū a uitreo nō eſſe primitiuū.quia medi
cus tenet qđ uiſio fiat.in oculo et in parte prin
cipali.ſ.in criſtallīa.ut ponit Gal.in 7° therap.
ca° 2°.Et iō.A.ſequēs medicos dixit h° Dico
ſecūdo ad queſtionē qđ ſi uiſio fiat in crutiatōe
neruorū.ſicut plures tenent.& Gal.in x° de uti
litate particularū penultimo ca°.poſſimus defē
dere duas cōcluſiones oppoſitas Vna ē quod no
cumētū factū in uiſu ex uitreo ſit principale.&
per ſe nullo facto nocumēto in criſtallina. Via
autē demonſtrandi hanc cōcluſionem ē ſupponē
do unū.ſ.qđ delatio ſpecieꝝ uiſibiliū a criſtal

lia ad cruciationē neruorū fiat ꝑ uitreū ſic ꝑ me
diū ſic dlatio ſpecieꝝ ab aere ad criſtallinā fit ꝑ
albugineū Hoc probaꝫ. Primo quia non uideꝫ
alia eſſe uia. Secūdo quia per illud debet deferi
ſpēs uiſibilis a criſtalia ad locū cruciatiōis ner
uorū qđ occurit cōcauitati nerui obtici ſz hūor
uitreus eſt huiuſmodi. ergo per eum dbet por
tari ſpēs. Maior patet qa ſpēs dbet recipi i ſpū
uiſibili exiſtēti i cō. cauo nerui. Minor ē nota qa
ſtati cū neruus obtic⁹ tangit uitreū dilataꝫ &
expādiꝫ & cōſtituit tunicā rhetinā g⁹ uꝫ ꝙ ſtati
uitreus occurrat ſuo foramini Exemplū dt cāna
aliq̄ q̄ dilateꝫ ſic fit qñ ex ea fit col⁹ ſiue roca q̄
filāt mulieres. Tertio pbaꝫ ſic. Si dlatio ſpēꝝ
uiſibiliū ad locū cruciatōis ubi ē cōus fit p lineas
dictas aſſes faciētes triangulū in q̄dā pūcto oz
qđ delatio fiat p hūoē uitreuz ſed ita ē. g⁹ ma
ior patet. qa linee due faciētes triangulū i q̄daz
pūcto neceſſario ſunt i plano q̄dā ut pōit Gal. i
ca⁹ ꝓallegato auctoritate. Euclidis in x⁹. geome
trie. Sz iſte liee ū poſſent ēē i plano ſi ñ eēnt rēcte
ſz ñ ſunt recte niſi recte trāſeāt ꝑ uitreū. Mior ē
. G. ibidē & patet in figura extra. Sit eni. a. loc⁹
unitiōis ſpecierū in cruciatione neruorū ubi eſt
conus. ſint. o. & .o. criſtalline duorū oculorū. ſic. c
& .c. duo uitrei poſt criſtallinas. modo notū eſt
qđ ſi due linee poſſunt ꝓtrahi ab o & .o. & face
re triangulu⁊ per unitiōez in. a. qđ oz ꝓranſeat
per. c. c. in. a. ergo eſt con⁹. & linee recte ꝓtracte
ſunt aſſes. patet g⁹ qđ humor uitre⁹ eſt mediū
in delatione ſpecierū ad locū uiſionis. ¶ Ex quo
pbatur cōcluſio. ſ. qđ nocumentū factū i uitreo
eſt per ſe cā dbilitatis uiſus ꝓter qđ noceat gla
ciali. ut pbant due ratōes factē i principio huiꝰ
queſtionis. Sed tunc eſt dubitatio qūo eſt poſ
ſibile qđ fiat dlatio ſpecierū uiſibiliū ꝑ uitreū
cū humor uitreus habeat colorē. Solutio. ſuſtē
tantes hanc opinionē habēt tenere qđ humor ui
treus. ſit omnino abſq̄ colore ſaltē q̄tū ad partē
per quā. pertrāſit ſpecies. Vnde Gilibertus i .⁹
trac. dicit qđ humor uitreus habuit colorem ſi
milē humori criſtalino ne contrarietas colorum
generet nocumentū i uidēdo. Vult ergo Giliber
tus qđ humor criſtalin⁹ & uitreus nō differūt
in colore. hoc ſentit comentator pſpectiue. ubi
notificans uitreū inuit qđ ſit quaſi ps criſtallie
Vnde dicit inter cēs eſt glacialis. & habet duas
partes & t̄. Pars interior ē maioris dyafaneita
tis & dicitur humor uitreus ergo totus humor
ex utroq̄ cōpact⁹ eſt dyafanus cū aliquāta ſpiſ
ſitudine de hac materia tñ diſputatū eſt ſupra
p⁹ c⁹ huius ſen. & patet latius in libro de ſen
ſu & ſenſato. ¶ Alia cōcluſio huic oppoſita eſt
ꝙ cōceſſo ꝙ uiſio fiat i cruciatōe neruorū obtico
rū nocumentuz tñ factum a uitreo nō ē primiti
uum. Hec cōcluſio pbatur p̄mittendo ꝙ delatio
ſpecierū uiſibiliū a criſtalina ad locū cruciatiōis
nō fiat ꝑ uitreū. ſz porteꝫ ꝑ telā q̄ dicit rhetina.
h⁹ pōt ꝓbari. prio ꝑ Gal. in x⁹. de utilitate pticu
laꝝ ca. 3⁹. ubi dicit. Eſt aūt utilitas rhetie qđē
prima & maxia. ꝓpterea. qa dſup miſſa ē ad al
teratiōes ſentire criſtallini foraminis. & i eodē
capi⁹ dic̄. Implātata ē. ſ. rhetina criſtallina uni
formi corpori. i. hūori criſtallino. & poſt paſſio
nū q̄ z⁹ illđ nuncius bon⁹ fieri cerebro Vult g⁹
Gal. qđ imutatiōes facte i criſtallia a uiſibilib⁹
ferant ꝑ rhetinā ſic ꝑ nūciū. Et hec uideꝫ itētio
cōmētatoris i p⁹ pſpectiue ſup illo uerbo. uiſuz
fieri. ſub certa pyramide. ubi dic̄ cōmētator ꝙ
cū ſpēs ꝓuenerit ad āteriorē glacialē magis ꝓce
dit z⁹ legē ſpirituū q̄ z⁹ legē dyafaneitatis.
Incarnāt enī z⁹ uiā ſpirituū uſq̄ ad neruum.
Hec aūt īcarnatio nō fit niſi eundo p rhetinā q̄
curua ē a criſtallia ad neruū. Hoc aūt ꝓbaꝫ ra
tiōe. qa p illđ medium debent defferri ſpecies
uiſibiliū a criſtallia ad neruum obticum p qđ
ē cōtinuatio ſpūs uiſibilis a cerebro ſiue neruo
ad criſtallinā. ſz p rhetinam eſt hec. g⁹ & t̄. Ma
ior patet. quia ſpiritus uiſibilis uideꝫ maxime
aptus eſſe ad hāc dlatōez. & proprie poſt cri
ſtalinū quia dz eſſe delatio magis ſpiritualis.
Minor patet p Gal. in x⁹ de utilitate ꝓticularuz
ca⁹ 3⁹ & ꝑ. Aueroim. in z⁹ colliget. ubi dicit qđ
iuuamentū tele rhetine. primū eſt ut det ſpūm
uiſibilem p neruos q̄ ſunt in ipſa. hoc ē calorē
naturalē cuius cūplexio adaptata ē in cerebro.
Cū aūt rhetina terminēt ad criſtallinā oz ꝙ ad
ipſam defferrat. Et hanc rationē innuit comen
tator pſpectiue in c⁹ preallegato. Itē delatio ſpe
ciei magis imaterialis oportet qđ fiat ꝑ mediuz
magis inmateriale. ſz delatio a criſtallina ad ner
uum obticū ē magis imaterialis q̄ dlatio ab aeꝝ
ad criſtallinā. g⁹ fit per mediū magis imateriale
Sed tale nō ē humor uitre⁹ cū ſit humor rudis
habēs de natura ꝓpinqua ſanguini. ut patet in
primo c⁹ huius ſen. imo ē materialior q̄ ſit albu
gineus & criſtallinus. g⁹ ꝑ eum non fit delatio.
Sed cū nō ſit ibi aliud q̄ rhetina cū ſuo ſpiritu.
g⁹ per illam fiet delatio. ¶ Sed cōtra predicta
inſtaꝫ. qa non uideꝫ qđ per rhetinaz poſſit fieri
iſta delatio. primo qa in ipſa fūt uene et artharie
ut ſupra demonſtratū ē. & hoc facꝫ ipſaz tē me
dium materiale pl⁹ q̄ ſit humor uitreus. ¶ Itē
tūc nocumētū factū a rhetina eēt pricipale ¶ Itē
ē rhetina uere corp⁹ coloratū. & aſſimilaꝫ i colo
re ſubſtātie cerebri. ut pōit. Gal. in x⁹. de utilita
te ꝓticulaꝝ ca⁹ 3⁹. ſz corpus uere coloratū nō uꝫ
qđ poſſit ēē mediuz dlatiuuz ſpēruz coloꝝ g⁹.
¶ Ad primuz dico qđ uene & artharie ñ ꝓfun
dāt in ſubſtātia rhetine. ſz ſunt magis extrin
ſece non imutantes ſpiritus uiſibiles lucidos.
¶ Ad ſecunduz dico qđ ē ueꝝ ſz nō accidit ꝓꝓ

ſui pfūditatē & tutelā.qa ſituaē iter uitreū & ſecūdinā. ¶ Tertia inſtātia icludit magnas diffi cultateſ z^{m} oēz uiā ſuſtinēdi eā et ſoluēdi Poſſu m^{o} g^{o} p^{o}.diceē ad delationē & receptōez ſpeciei uiſibilis mſtū ſpiritualis nō reqriē qđ.đfferens aut iudicans ſit abſq; colore.ſicut patet tenendo qđ uiſio fiat i corde.ut quidā philoſophi tenēt Patet ēt qđ đ colōē iudicat uirtus imaginatiua & tñ eius inſtrumentū eſt coloratū.ſ.uētricul^{i} cerebri.Et iō ſi iudiciū de ſpecieb^{9} uiſibilib^{9} fīt in neruo obtico.ſ.in pūcto cruciationis oz tenere qđ recipiēs illas ſpēs ſit corpus coloratuz.ſ.ps nerui obtici aiata.Quidā tñ tenent qđ ſpiritus ibi exiſtēs ſit aiatus.& qđ in eo fiat receptio et iudiciū et ſpūs nō eſt coloratus.Quidā tñ dicūt qđ in aiali uiuo illa ps nerui in qua fit iudiciuz de ſpēbus uiſibilibus ē lucida & dyafana.Iz in aiali mortuo appareat colorata.ſ.alba ſīc uide demus ēt hic de criſtallina que in aiali mortuo alba apparet.Color eni albus ē ualde ppinqu^{9} dyafano.& iō ſtatim dyafana trāſeunt in albuz colorē.Poteſt g^{o} fieri delatio p rhetinā q̄uis ſit corpus coloratū. ¶ Sz dices eadem rōe poterit fieri p uitreū q̄uis habeat colorē. ¶ Dico q̄ ap tius mediū ē rhetina pp multitudinē ſpirituū uiſibiliū q in ea continent. Secūdo poſſumus reſpondere ad tertiam inſtantiam dictam qđ delatio illarum ſpecierum ſit per ſpiritus conten tos in rhetina & non per ſubſtantiam rhetine. ¶ Et oportet imaginari qđ ſpirit^{9} in ipa rheti na contineantur & continuētur ut inter partem ſpiritus & partem nō cadat diuiſio p ſubſtātiā rhetine que eſt corpus coloratuz.Et ſi qs cōſy deret has duas ſolutiones innuit comentator p ſpectiue cū dixit qđ ſpecies a criſtalina poſteri^{9} ꝓcedit magis z^{m} legem ſpirituū q̄ ſecūdū legē dyafanēitatis Magna tñ difficultas cadit i p^{a} ſolutione.Q đ enim ſpecies colorū iudicetur in organo colorato ſecūdū qđ ipſa ē imagiabilis ł eſtimabilis nō uidetur difficile.ſz qđ iudicetur i organo colorato ſecūdū q uiſibilis uideē diffi cile. ¶ In ſecūda ēt ſolutōe cadit difficultas qa oz qđ ponatur ſpiritus ſtare i rhetia totus conti nuus uſq; ad obticū ¶ Sed uolendo tenere qđ delatio ſpecierū uiſibiliū fiat per rhetinā.& non per uitreū qđ uideret magis uerū licet magis difficile ad defendēdum.oz ſoluere ad rationes ſuperius factas probantes qđ fiat delatio p ui treū. ¶ Ad priaz cū dicit q nō appaēt alia uia Dico qđ imo quia apparet rhetina que termia tur ad criſtalinaz & unde naſcitur aranea i qb^{9} ſit ꝛceptio ſpecierū ſatis imaterialis ¶ Ad ſecū dā cōceditur maior ad minorē dico qđ imginaē falſuz.ſ.q ſic diſtrahitur neruus obticus & ex pandatur faciendo rhetinā.ſicut una cāna pfora ta que expanditur fracta i ſua latera ita q late ra nō ſunt cōcaua.ſed hoc eſt falſuz.imo ſic ex paditur.ſicut una cāna expanderetur in ramos qui eſſent cāne.& tunc rō probat cōtrariū ſi be ne deducatur.quia rami faciētes rhetinā ꝓporti onaliter ſunt cōcaui & ſpiritu plei.ſicut nerui obtici. ¶ Ad tertiā dico qđ triangulatio nō ē ni ſi ab extremitate neruorū obticorū in qua extre mitate coniungunē rhetine uſq; ad locuz cruciatiouis.& illi nerui in illo ſpacio ſunt in plano & hec uē mēs.Q.ibidē ¶ His g^{o} omīb^{9} habi tis ap; p; qđ nocumētū factū i uitreo nō ē ꝑmiti uuz qa nō nocz niſi nocēdo criſtallie ł alteri pti p quā fit portatio & iudiciū đ ſpecieb^{9} uiſibili bus. ¶ Sz tu dices cū nocumētū eueniēs uiſui a uitreo poſſit euenire ledēdo obticos rhetinaz & ēt criſtallinā.q̄re pl^{9} dixit Aui.de criſtallina. ¶ Dico q uitre^{9} pl^{9} ordinaē i iuuamētū criſtal lini.& iō nocumētū abreo pl^{9} cōpabiē criſtallīo. ¶ Exqb^{9} p; ſolutio ad argumēta i cōtrariuz facta.qa ꝓcedūt uiꝭ ſuis. NOCVMENTuz aūt.Hic determinat de cāis nocumēti & debili tatis uiſus q̄ ſunt pp neruum.& enumerat tres egritudies.& p; ¶ Eſt dubiū.uē qđ Auic.ſit inſufficiēs i enumerādo egritudies nerui obtici qa Azarauius numerat modos male cōplexiōis. ¶ Itē Ieſus Haly.trac.3° ca°.iz°.enumerat q̄ dā paſſionē quā uocat extēſiōez nerui luminoſi ¶ Dico qđ A.enumerauit egritudies pl^{9} nocē tes ſcz opilatiōz apoſtematiōez & ſolutiōez cō tinuitatis.& p iſtas intellexit alias.ſ.modos ma larū cōplexionū. ¶ Egritudo uero quā noiat Ie ſus poſſz reduci ad ruptura q ē q̄dam dillatio nerui obtici. Vł pōt intelligi p ſuū cōtrariū.ſ.p morbū cōſtrictiōis obtici.qa cōſtrictio ē q̄dam opilatio.Difficile tamē ē cōprehēdere ītētiōez. Ieſus Haly.in preallegato capitulo.

IN eo qđez.Hic Auic.pōit ſigā đbi litatis & nocumēti uiſus.& prio pōit ſigna nocumēti fēi p cōitatē z^{o} pōit ſigna nocumēti appropati. 3° ſubiungit quēdā can.& ſignū qđ ipi ſpiritui ibi 3^{a}.& ſcias.p^{a} i duas.p^{o} pōit ſigna ei^{9} qđ ē p cōicatiōez ad totū corp^{9}.z^{o} ad ptē.ſ. cerebrū. ibi z^{a}.& illđ qđ fit.Dicit qđ ꝑmuz ſignuz i eo .ſ.nocumēto & đbilitate uiſ^{9} &c̄.ē illđ q đ di m^{9} &c̄.ſ.i z^{a} ꝑmi.ca°.de ſignis cōplexionuz.ł i capitulis de egritudinibus cōibus ſicut ł de fe bribus & ydropſi.ET ILLVD Hic ponit ſi gna per cōitatem ad cerebrū primo ad totū cere bꝝ z^{o} ad partē.ibi z^{a}.& quandoq; ¶ Eſt ſcien dum quia Auic.innuit duos modos ſignoruz q bus ſignificamus nocumētum uiſus fore ꝓpter cōitate n ad cerebrum unum genus ſignorum ſignificantiū egritudies in.cerebro.ut malas cō plexiones & compōnes et apoſtemata que ſigā

sunt habita in 3ª quarti.can.et in pª tertii.et iō dixit qm illic ē aliqd signorum significantiū no cumentum.i.egritudinem in cerebro.Secundum genus signorum est cōsyderare si omnes alii sen sus sunt lesi cū uisu quia hic facit fiduciā qđ no cumentū sit in cerebro .s.toti cerebro cōe qa ad lesionē in toto cerebro fit lesio in omni sensu.ut patet in 4° de interiorib⁹ ca° 2° & in pª tertii. ca° de.epiphia. ¶ Est sciendum circa secūdā par tem qđ Auic.uolens ponere signa nocumēti ui sus per cōitatē ad partē cerebri facit hoc i forma remotionis dubii.ut dicat.Est dubiū si lesio po test esse in cerebro & tn nō patiātur omnes sen sus ꝑndet qđ sic.& primo facit hoc.z°.declarat quoddā dictū.ibi 2ª.& quādoq; Dicit primo q quādoq; plurimū proprietatū .i.diuersorū mo dorū nocumenti uisus euenientiū per cōitatez ad cerebrum appropriātur uisui.i.quia.solus uis⁹ leditur & nō alius sensus.& cum odoratu.i.ali quādo isti duo sensus ledūtur sine auditu &.s. quādoq; cū auditu.& iō pōt saluari littera que dicit sine auditu.sicut percussio &c̄ ¶ Dubita tur utrū nocumēto facto in cerebro sit possibile solū uisuz ledi.sine aliis sensib⁹.Videt q nō qa organa aliorū sensuū inde oriūtur.& quedā.ma gis appropiquāt cerebro q̄ oculi.ut organa odo ratus.organa autē que magis appropinquant cerebro uidentur magis pati cerebro patiēte.ut ponit Galienus.in comento primi pronosti.su per illo uerbo.Nam si oculi effugerit a lumine ¶ In cōtrariū ē Aui.i suo modo loquēdi cū di xit.& qñq; &c̄.& cū odoratu. ¶ Dico qđ per uiaz cōitatis ad cerebrū ē possibile solū.uisuz le di.& nō alios sensus.Et hº declarat primo.qa ē imaginabile qđ in cerebro sit nocumētū circa ptē a q̄ oriūt nerui obtici.& nō circa alias.Secū do declarat.qa q̄uis i toto cerebro ul'i tota pte anteriori ēēt lesio ē possibile qđ.pp lesiōz i.la ñ patiant alij sensus.iz solū patiāt oculi.& hº qa hic hō ex ei⁹ principijs generatiōis habuit oc'os sic dispositos qr leui facta lesiōe i cerebro stati patiūt.qd nō cōtingit d alijs sensib⁹.Et hec cā summit a.G.in comēto pmi pnosticoꝝ.sup illo uerbo.trēdeē dētib⁹. ¶ Est tn sciēdū q lesio i cerebro ad quā seqt lesio i uisu.qñq; ē a tali cā qđ necessario associat nocumētū i odoratu.sic si fiat percussio in frōte que ipellendo os intus co artet cerebrū.tunc eni cōprimunt caruncule.& nocet odoratus nocito uisu.& qa nerui audit⁹ oriunt a fine partis anterioris cerebri.uñ etiam plurimi anathomici ex hº dicūt qđ oriunt a pte posteriori cerebri.iō est possibile qđ percussio cō pressiua ledat odoratū & uisuz.& non p.ingat nocumentū coartationis ad auditū.cui⁹ origo est posterius Et iō dicit.Et cuz odoratu.s.appriat nocumentū in uisu.qa nocet ābo isti sensus sine auditu.sicut sup.facit p:ussio &c̄. Sz dubita tur.q̄re nō fecit mentionē de nocumēto i gustu cū tn nerui gustus a 3° ul'a 4° pari neruoꝝ oriā tur ut ponit Gal.in 4° de interioribus ca° 2°.& nerui audit⁹ oriunt a quinto pari qđ ē posteri⁹ ¶ Dico qđ Auic.dedit intelligi qđ.si nocumē tū fiat in cerebro ex cōpressione unde ledatur uis⁹ cuz odoratu & auditu & qđ ēt ledatur gustus & qđ ledi possit gustus cū uisu & sine auditu ¶ Alia tn posset dari sol.ualde subtilis & con sona mēti Aui.in pª tertii.illo cº.has cpatōes i greditur lesio &c̄.Et cōsidera qđ ibi diximus. ¶ Ad rationez dico qđ licet ꝓpinquitas faciat ad cōpassionē .tn ꝓprietas cōpatiētiū ēt facꝫ.q ꝓprietas ē diuersa i unoq̄q homie & i unoq̄q mēbro.ut pōit Gal.i pallegato comēto. ¶ ET ¶ QVANDOq;.Hic uł declarare qđ qñq; ledi tur uisus sine autitu.& pz ¶ Est sciēdū qđ ali quando facta pcussione in pte anteriori capitis nocumētū nō puenit ad organuz auditus cuius ortus ē posteri⁹.& tūc ē hō tamen audiens. & iō dic̄.Et quādoq; est hō audiēs.cū sua dispoſi tiōe.sisana ex hac tamē percuſſiōe & coartatiōe primo possunt ledi nerui mouentes musculos palpebrarum.unde nō poterunt claudi.immo erunt contracte si spasmantur .possunt etiam ledi nerui obtici & tunc stantibus oc'is apertis homo non uidebit.Et iō dicit remanet oculus apertus &c̄.Posset tamē hoc cōtigere ex causa intrinseca.absq; percussione sicut a mala comple xione frigida & sicca faciente quēdā modū coge lationis Sed quia hoc esset prolixum ꝺclarare iō obmitto ET SIGNuz Hic pōit signa nocumti & ꝺbilitatis uisus appropatoꝝ octo & prio spi ritu uisiuo z° mēbris q ipū sequūt.z° ibi.cogni tio uero.Pria i duas pº pōit signa.z° dat cās.z° ibi.& cā i hº Pria i duas.prio pōit signū debili tatis pueniētis ex subtilitate et paucitate spūs secundo pueneintis ex grossitudine et multitu dine.ibi z°.& si ē grossus.Pria in duas.pª hoc.z° remouet dubiū.z° ibi.uerum ei⁹ ¶ Est sciendū primo qđ hoc uocabulum perscrutatio potest duoꝝ significare.quia primo potest dici inquisitio uel perquisitio.ut aliquid uideatur. z°.i.pscrutatio i.clara.& cuiuslibet minimi ui sio primo modo intelligendo possumus dicē q si spiritus ē subtilis & paucus tūc res ꝓpinque uise stati in eo imprimūt.& nō expedit ut ocul⁹ pquirat & laboret.ut illas uideat.& ideo dicit uidet rē ex pximo sine pscrutatione.i.pquisitio ne.q̄uis tamen circa ꝓpinqua ita se habea t.ta men remota nō imprimunt in eo.qa nō tollerat ut apparebit.& ideo licet homo cum pauco spū & subtili pquirat & pscrutet & laboret i uidē do longinqua tamen non uidet ea clare & icto di cit.Et non uidet qđ longinquū est cū pscrutatio

ne.i.q̃uis pſcrutetur.& ſic ſaluatur una littera Si aũt perſcrutatio ſummatur z° mõ tũc ſaluaẽ alia littera. qa ſi ſpiritus eſt paucus ſubtilis uider propiqua clare.ſed nõ uidet longinqua clare.imo confuſe.& iõ dicit alia littera.Si ſpirit⁹ eſt ſubtilis & eſt paucus uidet rem ex propinq̃ uel ex proximo.cũ perſcrutatione.i.clare.& non uidẽt qđ elõgatũ ẽ cũ pſcrutatõe.i.clare.Ex qb⁹ põt apparere expoſitio cuiuſdã alteri⁹ lr̃e q̃ ſic ſiat. ¶ Si ſpiritus ẽ ſubtilis & ẽ paucꝰ uidet rẽ ex pxio.ſine pſcrutatiõe.i.ſine pquiſitiõe & labore.& nõ uidẽt qđ elongatũ ẽ niſi cũ pſcrutatiõe.i ñ põt uidere rẽ lõginquã niſi pſcrutet.& ſiqat & pquirat.Et in h° dffiert hec littera a pria.qa pria uult qđ talis ocul⁹ q̃tũcũq; pq̃rat nõ põt clare uidere longinq̃.Sꝫ hec littera uult qđ talis ocꝰ nõ põt uidẽ lõginqua.ẽt nõ clare niſi pſcrutet.littera ẽt z° loco expoſita uult qđ q̃litercũq; ſit longinqua nõ uidet clare.& in h° triplici mõ ſcripture.z^m hoc non eſt diſcordia. ¶ VERVM eius ſubtilitas..Hic remouet dubiũ qa dixerat qđ ſi ſpiritus ẽ ſubtillis paucꝰ uidẽt ppiqua clare & bene.q̃re crederet aliqs qđ h° ſemp accideret. ¶ Reſpondet qđ nõ qa ſi ſpiritus ſit multe ſubtilitatis & res ppinq̃ ſit mlt̃ lumineſa.nõ figit ſpiritꝰ eã.ſ.ituẽdo.imo lumẽ clarũ.eũ fugat.ſ.ſpiritum.& ſe pat.i.diſgregat. eũ.ſ.ſpiritũ.uel eã.ſ.ſubſtantiã ſubtillẽ ſpiritꝰ. ¶ Vel aliter poſſet remoueri dubiũ.qa dixerat qđ cũ ſpiritus ẽ paucus ſubtilis nõ uidet elongatũ clare.q̃uis pſcrutet.modo ex h° poſſet qs credẽ qđ ſi nõ clare tñ ſemp uideret lõginquũ Rndet qđ cũ ſubtilitas ſpiritꝰ ẽ ſuꝑflua.ñ põt figere cũ intuitu rẽ luminoſaꝫ ualde.ſic eſt res longinq̃ q̃ cõcurrit cũ mlto lumĩe.ut dic̃ Auer. in 3° colliget.imo fugat.& ẽ. ET SI EST groſſus.Hic põit signũ debilitatis ꝓueniẽtis ex mlt̃ titudine & groſſicie ſpũs.& dic̃ qđ talis oculꝰ põt uidere longinqua.& nõ ſic ppinq̃.& h° eſt ꝓ dic̃.ul nõ deficit ei.ſ.oculo ul ſpiritui mlto groſſo pſcrutatio ituẽdi lõginquũ.i.clare uidere longinquũ.& nõ pſcrutat uiſiõꝫ propinq.i.ñ ſic clare uidet propiquũ.ſic uidet illud ꝓ ẽ longinquũ. ¶ Eſt dubitatio prio qa nr̃ ꝓ Aui.ſit inſufficiẽs in enumerãdo diſpoſitiõꝫ ſpiritus uiſibilis.qa ſunt quattuor.ut põt Haly.in 6° the.c° 2°.& ſupra.A. ¶ Dico quod .A.ſolum hic poſuit duas diſpoſitiões cõpoſitas.ſ.multitudinẽ ſpiritus cũ groſſicie.& ſubtilitatẽ cuꝫ paucitate.& h° fecit.qa poterat excuſari per ea que dixerat ſuꝑ i.ca° de ſignis cõplexionũ oꝑi Similiter qua diſpoſitio mlt̃ ſpũs & ſubtilis nõ forſan ẽ cã nocumẽti in uiſu.Diſpoſitio aũt ſpũs pauci & groſſi.ẽ cã qđ hõ nõ bene uideat ppe nec lõge.& h° poterat dari itelligi p illđ ꝓ dixerat de aliꝭ duabꝰ diſpoſitiõibꝰ.z° eſt dubitatio utrũ.bene uidere ppe & non bene uidere longe ſit nocumentũ uel debilitas in uiſu.Videtur qđ non.quia nullus uiſus q̃tumcũq; ſanꝰ põt ita bene uidẽ remota.ſicut ꝓpinqua.ut pꝫ & põt haberi ex 3° colliget c° de accidentibꝰ ſenſus uiſus. ¶ In contrariũ eſt Auic. ¶ Dico qđ uiſio longinqua rei uiſibilis eſt uiſio in diſtãtia tanta ultra quã ſi ponat a nullo oculo ſano põt uideri.& hec diſtãtia a pre rei uiſibilis ſecũduꝫ pſpectiuos eſt ſitus ultra quẽ ſi res ponat linee uiſuales ſe interſecant anteq̃ ꝓueniant ad oculũ Viſio uero ꝓpinqua eſt cũ diſtantia citra quaꝫ uerſus oculũ ſi res ponatur nõ põt bene uideri & hic ẽ loc⁹ citra quẽ ſi res appropinquat ob umbrat oculum. Oculus ergo ſanus dẽt bene uidere ꝓpinqua & remota.ſed tñ adhuc melius ꝓpinqua ꝓpinquitate dbita q̃ remota.& ſecundum hoc non dicit debilitas in uiſu. ¶ Sed tũc dicitur oculus debilis quãdo bene uidẽs propiqua in diſtantia debita ñ põt bene uidẽ remota ſicut uidet oculus optime ſanus.uel ſic̃ uidebat ipſe ꝑus ſanuus .ET CAVSA IN HOC. Hic aſſignat cãm dictorũ primo ſecundum opinionem ponentiũ uiſum fieri extramittendo.z° z^m opinionẽ ponẽtiũ uiſuꝫ fieri intus ſuſcipiẽdo 3° pro ueritate dictorũ remittit nos ad ſcientiaꝫ aliã.ibi z^a.& apud illos.3^a ibi.uerificatio autẽ ¶ Eſt ſciendũ qđ licet de modo ſiẽdi uiſuꝫ extra mittendo fuerit diuerſitas.Vna tñ ſecta eorum poſuit qđ illud qđ ab oculo extramittit ẽ quod dã corpus ſubtile lucidũ.et de hac opinione fuit Plato et Gal.ut patet i p° pronoſticorũ cõmẽto z5°.et ab Haly.i 6° the.et Ieſus Haly.in p°.et Azaranius.Cũ g° in oculo nõ ſit aliud corꝰ lucidũ q̃ ſpiritus uiſibilis.ꝺ dicere ꝓ ſpiritus uiſibilis exit ab oculo.et uadit ad rez uiſam nõ enim ſufficit egreſſio huiꝰ ſpũs radioſi.niſi attingat ad rẽ uiſam.Et hec eſt cã quare res uidetur.ũñ Auic.dicit.uiſus ñ fit niſi egreſſiõe radii.i.ſpũs radioſi ab oculo et cũ hoc obuiat ei qđ uideẽ h° fundamento poſito apparet quaꝫ ſi ſpiritus eſt multus et groſſus homo uidet lõginqua et non ꝓpinqua.qa ſpiritus exiens ab oculo ut multꝰ põt ad longinquũ ſpaciũ extẽdi in qua extenſione & motu ſubtiliaẽ.& z^m h° fit bonus & melioratur pro uiſione fienda.Sed uadens ad rem propinquã nõ ſic ſubtiliatur qa motus eius eſt partus.& iõ ſua groſſicies impedit qđ propinqua nõ bene uideanẽ.Et hoc ẽ qđ dicit cã in h° .ſ.qđ dictum eſt &c̃.Apud loquẽtes de radio .ſ.uiſibili exeũte ab oculo eſt qđ uiſus nõ fit niſi etẽ.et ꝓ.i.quia motus uadẽs ad locum longinquum ſubtiliat groſſiciem eius.ſ.ſpũs.et eq̃t eſſentiã eius.ſ.ſpiritus.qa ſubtiliando ſaẽ ipſa equalem et bonam prouiſionem.cum tamen prius non eſſet propter groſſiciem.Et ex hoc Auic.

relinquit notum. quia iſte non bene uidet ppin
qua. quia ſpiritus motus ad locum propinquuz
non ſubtiliatur. Et ex hoc eodem fundamẽto p
uenit qđ ſi ſpiritus uiſibilis eſt paucus ſubtilis
homo bene uidet propinqua. ſed non poteſt beñ
uidere longinqua. quia ſpiritus paucus non põt
ad. longinqua extendi ſui paucitate et ſubtilitate
etiã ſui ſubtilitate reſoluitur ꝓpter magnũ mo
tum qui eſt ad longinqua. & iõ huiuſmõi ſpũs
uadens uerſus longinq̃ nõ operaẽ aliqd i uiſiõe
ſz qa ad ꝓpinqua uadẽs nõ reſoluiẽ. nõ põt ppi
qua uidere. & hº ẽ qđ dicẽ. quẽadmoduz huiuſ
modi motus. ſ. ad lõgiqua reſoluit ſpiritũ ſub
tilẽ. ſ. paucũ. ¶ Eſt ſciẽdũ circa ſecũdã ptẽ qđ
ponẽs uiſum fieri ir? ſuſcipiẽdo. põit qđ puiũ
.i. dyafanũ. ut aer portat ſpecies uiſibiles quaꝝ
receptio ẽ in oculo & pricipaliter i pte pricipali
ut criſtallina. quãdo gº res a longinquo ferẽ tũc
fit fortis mot? in criſtallina. & in ſpiritu q̃ eſt i
ea. Si gº ſpirit? uiſibilis ſit mult? & groſſus.
tũc pot ſuſtinere fortẽ motũ. & ſubtiliaẽ ex tali
forti motu. gº uideẽ res longinqua. & qa res ꝓ
pinq̃ nõ facit fortẽ motũ & nõ ſubtiliaẽ ſpirit?
groſſus in ea iõ nõ ſic bene uideẽ. & qa talis for
tis motus reſoluit ſpiritũ ſubtilẽ. & ꝓprie ſi ẽ
pauc?. qa mult? nõ ſic reſolueret q̃uis eẽt ſub
tilis ualde. iõ habẽs ſpiritũ ſubtilẽ & paucũ ñ
põt uidere lõginqu ũ. ſz põt uidere ꝓpinquũ.
Et hec omnia Aui. i littera innuit. ¶ Secũdo ẽ
ſciẽdũ qđ dyafanũ nõ ſolũ fert formas uidẽdi
ut colorẽ. ſz ẽt formas lucis. qa nõ recipiẽ color
niſi in dyafano facto in actu plumẽ. ut patet i
2º de anima. Vnde ẽt ſtans in obſcuro uidet rẽ i
lumine uirtute lucis. Dixit gº Aui. apđ illos q
dicũt puiũ. i. dyafanũ uehere. i. portare formas
uidẽdi. i. ſpẽs uiſibiliũ. qa colorẽ & reliqua. ſ.
lucẽ. & forſaz hº dixit. qa uiſibilia q̇dã ſunt per
ſe & immediate. ut color & lux & q̃tũ ad hº di
xit. Et formas uidẽdi. q̇dã ſunt p ſe & mediate
ut q̃tas figura. & alia ſenſibilia cõia. & q̃tũ
ad hº dixit. & reliqua. uel forſan hº dixit. quia
puiũ nõ ſolũ fert ſpeciẽ uiſibiliũ. ſz ẽt diſtantie
eorum portãdo lineas uiſibiles. uel ſub lineis ui
ſualibus. Et huiuſmodi ſignũ ẽ. qa i ſpeculo res
q̇dã uidenẽ magis ꝓpinq̃. & q̇dã magis pfunđ.
Hic tñ eſſet locº magnarũ dubitationũ. Et ꝓp
hº. A. dixit formas uidẽdi & reliq̃ ¶ Quarto
poſſz expõi apđ Auic. q dicit qđ dyafanũ ut aer
portat ſpecies uiſibiliũ. ẽt aer portat reliqua. i.
ſpecies reliquas alioꝝ ſenſibiliũ. ſ. odorabiliũ au
dibiliũ & huiuſmõi. ¶ De 3ª pte diẽ Auic. qđ
uerificatio ſermonis magis certi de his duobus
. ſ. an uiſus fiat extramittẽdo l? itus ſuſcipiẽdo
ptinet ad ſapientes. i. naturales. ut ipſe declarat
in 6º de naturalib? particula 3ª. ¶ Eſt duº pº
utrũ uiſibile remotuz fortius moueat uiſum q̃
propinquũ. Videẽ qđ nõ. imo debilius p Auer.
in 3º colliget. caº. de accidẽtibus ſenſus uiſus. di
cens. quãdo res uiſibilis erit remota erit motus
quem faciet in uiſu debilior. ¶ Item ſimile
uidetur đ aliis motoribus motis & etiam de ui
ſu & uiſibili. ſed in aliꝭ res diſtans debilius
mouet ut ſonus diſtans aut odor. & etaz calor
calefaciendo ſi diſtat minus calefacit gº ſic & in
uiſu. ¶ In contrariũ ẽ Auic. dicens Cũ uidet il
lud qđ elõgaẽ motus fit fortis. ¶ Hec queſtio
haberet multã difficultatẽ. tamẽ ut ad ꝑſens ſuf
ficit dicendo qđ uiſibile remotum põt dupliciter
conſyderari. Vno modo ratõe eius ut mouet ad
uiſionẽ. & ſic remotum uiſibile đbilius mouet
Et ratio eſt qa omne mouẽs debilitaẽ. i mouen
do p diſtantiã indebitã. & hoc ſi diſtãtia đbita
& menſurata dẽt in actione cõcurrere. hº ẽt pz
ſigno qa cũ colores multũ diſtant a uiſu ñ imꝑ
munt. Et corpus lucidũ ẽt ut ignis remot? debi
lius iprimit q̃ propinqu? propriã ſpeciem. imo
iſte res ualde diſtãtes cõſuſe iudicanẽ. Alio mõ
põt conſiderari uiſibile remotũ ratione medii q̃
mouet. Hic aũt medium ẽ aer illuminatus. et ſic
uiſibile remotũ plus & fortius mouet uiſuz q̃
propinquũ. Ratio ẽ quia quanto maiꝰ ẽ ſpaciũ
per qđ fit uiſio ceteris pibus. tãto plus đ luce
ẽ in medio. Oculus gº uidẽs rẽ lõgiquã mouẽ
a pluri luce q̃ ſi illam rẽ uideret ꝓpe. hec ſunt
ad mentẽ Auic. & Auer. non eni dixit Auic. qđ
uiſus fortiter moueaẽ a re longinqua. ſz dixit.
Cũ uiđt illđ ꝙ elõgaẽ fit fortis mot? qa fit for
tis mot? rõe pluris q̃titatis lucis exiſtẽtis i ma
iori ſpacio. Et hº idẽ. cõſẽtit Auer. cuz dixit. ubi
dẽ qn ẽ uiſibile remotũ ab ocꝭs. lux q̃ ẽ itra ipũ
& oculũ eſt pluris quantitatis et quãdo res uiſi
bilis erit remota. erit motus quem faciet in uiſu
debilior. ¶ Ex quibus patet qđ Auic. non uult
arguere ex diſtãtia uiſibilis in uiſu fieri fortem
motũ ab ipſo uiſibili. & hoc. qa ipſum uiſibile
mouz debiliter cũ diſtet ẽt qa mot? quẽ uſt. A.
arguere ẽ motus diſgregatiuus ſiue diuiſiuus
& ſubtiliatiuus. ſpũs uiſibilis. ſed uiſibile põt
eſſe nigrũ uiride albũ & ſimilium colorũ. & iõ
nõ conuenit oi uiſibili qđ ſubtilieẽ & diſgregeẽ
cõceſſo ꝙ fortiter moueret. Sz Auic. uult argue
re qđ cũ ſit res diſtãs fit fortis mot? i criſtalia
& ſpũ uiſibili ratione medii illuminati quo me
diante fit uiſio. et hoc mediũ. qa neceſſario ẽ luci
dum quicquid ſit illud qđ uideẽ & luciduz de
neceſſitate diſgregat & ſubtiliat. ut põt uideri
ad ſenſum immultiplicatione radiorũ reflexorũ
ſeq̃ neceſſaario ꝙ ſpirit? i uidẽdo res diſtãtes
ſubtilieẽ. & hº ẽ ꝓpoſitũ. A. q uſt qđ cũ ſpirit?
ẽ groſſus & mult? uidenẽ logiqua. qa i hº diſ
gregaẽ. i. ſubtiliaẽ. ſz ex tali diſgregatiõe ſpiri
tus paucus & ſubtilis reſoluiẽ. Et eadem cã diſ

greçatur.i.subtiliaꝛ.ſz ex tali diſgregatione ſpi
ritus paucus & ſubtilis reſoluitur. Et eadem cā
diſgregatio ſiue ſubtiliatio corrūpit & perdit
ſpiritum paucū ſubtilem & tempat ſiue equat
ſpiritū multum groſſum. Ex quib⁹ ceſſant con
traria. Poſſet tñ quis reſpōdere ad primā rōez
cauillādo cum dicit qđ reliqua ſubtilia diſtātia
ſubtili⁹ mouēt ut odorabilia & ſonātia. negan
